Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota Germania militantibus die Nov. 1787 ...

Klemens <XII., Papst>

[Ettenheimmünster], 1738

urn:nbn:de:bsz:31-120349

Visual Library

E. M. 225

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

E. M. 225

Des. Felice

Oratio.

Deus tuorum fort

in beatum Felicem

ut honorare dign

dices eoramus;

intercedente, fi

mur in terris, et

res efficiamur

mium.

EM 225 J

14to Die Iunij

De S. Felice martyre

Oratio.

Deus tuorum fortitudo Sanctorum, qui beatum Felicem illustri martyrio honorare dignatus es: te supplices exoramus; ut ipso pro nobis intercedente, fidem eius sectemur in terris, et gloriæ participes efficiamur in cœlis. Per Dominum &c.

77

De malchino prouele

IV

Supplementum
continens

nova. et propria festa
unacum novo ordine: et calendario
alij nihil dum
ipsa
Breviaria Ecclesiæ
nonnisi recusa in oribj officina
et
oribj ubique
sub regula
SSti Benedicti
per
alma congregatione
vigentia.
et
universa Germania inchoatibus
conventibus
et Breviarijs hoc
tm temp. in Monasterijs adhuc

Mary Jane
w her bps

Selerlady
Ex hypographis
gospes

Gratiarum Actiones
hypographi ad Bibliopolam

[illegible] Collectaneorum Historiæ
Ecclesiæ Ebersmünsterensis
etiam aliquod tale Supple-
mentum conficit, hoc iam
absoluto.

V

SUPPLEMENTUM

omnium eorum,

quæ

In veteri Breviario Einsidlensi

desiderantur;

Quæque

Per Novissimam Bullam

CLEMENTIS, XII

Pontificis Maximi

Omnibus utriusque Sexûs

Sub Regula S. P. Benedicti

In

Tota ~~Helvetia et~~ Germania militantibus

= de præcepto

die 10. Nov: 1737. = iniuncta sunt.

A

Quodam Ord: S. P. B. Monacho Ettoniano

Anno 1738. Mense Decembri.

Superiorum permissu.

Hoc MS. collegit R. P. Fortunatus Weber de Steinheim monasterii quod nunc celebrant fuborbio Solothurn in regione Helvetiorum, ordinis Cisterciensis ad S. Urbanum.

VII

Copia Bullæ
Novo Breviario Einsidlensi
præfixæ.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam. Inter gravissima sacrosancti Apostolatûs nobis planè immerentibus iniuncti munera illud non ultimum, imò præcipuum esse reputantes, ut, quem Religionis sensum natura nobis indidit, ut laudemus, celebremus, et glorificemus iugiter Dominum omnium conditorem, propter quod rationales facti sumus, et à brutis differimus, iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis Psalmodüs, precibúsque consuetis, Divinum, et Apostolicum præceptum semper orandi implentes, ritè, studioséque alere, fovere, et augere Apostolica auctoritate, ac sollicitudine curemus,

in id grato, libentique animo studium, operam, curásque nostras, ubicunque ad Divini honoris incrementum conducere intelligimo, collocare maximópere satagimus. Cùm itaque nobis nuper exposuisset Dilectus Filius Nicolaus de Rupe Insignis Monasterij Einsidlensis Ordinis S. Benedicti Abbas, S.R.I. Princeps, quòd, cùm Breviarium Monasticum præfati Ordinis, quod hactenus in Helvetia et Germania eiusdem Ordinis Monachi, ac Moniales utebantur, typis iterùm imprimendum esset, ac multis correctionibus, additionibúsque indigere animadvertisset; ipse verò pro eximio ad Regularem Monasticæ Disciplinæ observantiam conservandam, provehendámque zelo cupiens, ut accuratè emendatum, omnibúsque numeris absolutum in lucem prodiret; Nobis propterea pro Filiali sua erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem, nosque ipsos obedientia humiliter supplicari fecit Breviarij Revisionem, Correctiones, Additionésque per Congregationem Venerabilium

Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum fieri dignaremur. Hinc est, quod Nos piis eiusdem Nicolai Abbatis, quantū cum Domino possumus, votis favorabiliter annuere volentes, atque ipsius Pietatem, et debitam nobis, prædictæque Sedi reverentiam plurimùm in Domino cōmendantes, in mandatis dedimus, ut revisio, emendationes, et additiones, ut præfertur, per eandem Congregationem perageretur. Postquam autem Dilectus Filius noster Georgius eiusdem S.R.E. Cardinalis Spinula nuncupatus, cui cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, nec non, ut pro suo Arbitrio, ac Prudentia exhibitum sibi Breviarium prædictum corrigeret, et emendaret, atque insuper ad illius approbationem procederet; Dilecto tamen Filio Magistro Ludovico de Valentibus in utraque signatura nostra Referendario. Nostro, et Apostolicæ sedis Notario Proto-Notario nuncupato supra numerum participantium, ac fidei Promotore audito, in quibus opus fuisset, hoc negotium cōmissum fuerat, Breviarium huiusmodi audito, ut præmittitur, eodem fidei Promotore, adhibitâque etiam eruditorum Virorum operâ, et studio, emendatum, reformatum, et addi-

X

tionibus auctum approbavit. Subinde eadē Congregatio Cardinalium omnia, et singula relata, et exposita ab ipso Georgio Cardinale confirmavit per suum Decretum Tenoris sequentis, videlicet.

I. Calendarii instaurationem, cum propriis Sanctorum nominibus in eo descriptis, et designatis. Item declarationem classis, et ritûs, quo singula quæque Sanctorum Officia diebus eorum festis tum in Germania, tum in Helvetia erunt imposterum peragenda.

II. Rubricas Generales Breviario antepositas, et aliàs à Sacra Rituum Congregatione die 16. Aprilis M DC XXXIX. approbatas, una cum novis declarationibus, et additionibus, quæ diverso caractére imprimenda erunt; quatenus eædem antiquæ Rubricæ Generales nulli unquam mutationis vitio subesse possint, sed semper prout editæ primùm, et approbatæ fuerunt, in sua observantia vigentes à mox sive declaratis, sive additis dignoscantur.

III. Psalterium unà cum Cōmuni Sanctorum loco suo in nova impressione de more apponendo; firmâ remanente correctione Antiphonarum, Responsiorum, et interpunctionum, nec non cum Hymnis, Lectionibus, et Homiliis in Evangelia.

IV. Proprium, quod nuncupatur de Tempore cum Hymnis, Psalmis, Antiphonis, Versiculis, Responsoriis brevibus, et prolixis, Lectionibus, Scriptura sacra, Evangelüs, et Homilüs.

V. Alterum Proprium dictum Sanctorum iuxta recens instituti, et emendati Calendarii enuntiationē, una cum proprüs eorumdem Sanctorum Orationibus, Lectionibus, Antiphonis, Responsorüs, Homilüs, alüsqs in eo expressis, et comprehensis. Insuper Appositionem ad Calcem Breviarii adiungendam Lectionū illorum Sanctorum, quorum Officia in particularib, Ordinis sancti Benedicti Congregationibus fieri consueverunt, dummodo prædictæ Lectiones ex sedis Apostolicæ concessione iam recitentur.

VI. Et denique Rubricas quascunque Particulares descriptas, et adnexas tam Psalterio, quàm uni et alteri proprio de Tempore, ac Sanctorum Respondentes profecto, et consonas expressis in Breviario Monastico totius Ordinis sancti Benedicti, Summorum Pontificum Pauli V. et Urbani VIII. auctoritate recognito, nec non novissimis præfatæ Rituum Congregationis Decretis prælaudato Georgio Cardinale referente, die V. Maii et XXIII. Iunii elapsi anni vulgatis super plurimis ab eodem Abbate Einsidlensi-

hac super re propositis dubiis. Porro, cùm omnia, et singula ita, ut præfertur, à [illegible]dicta Congregatione confirmata, atque etiam, ut, secundùm superiùs dicta Breviarium præfatum ederetur, statutum, nec non consultum, et supplicatum esset, ut præmissa, quo firmiùs, stabiliúsque subsisterent, Apostolicæ confirmationis nostræ munimine roborare dignaremur: Nos igitur eiusdem Nicolai Abbatis supplicationibus nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, de eiusdem Congregationis consilio, Breviarium huiusmodi modo, ac forma iisdem, quibus correctum, emendatum, et additionibus, ut præmittitur auctum, non solùm Apostolicâ auctoritate Tenore præsentium confirmamq, et approbamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, verùm etiam omnes, et singulos Monachos et Moniales sub præfata S. Benedicti Regula per Helvetiam, et Germaniam militantes, qui, et quæ ad persolvendas quotidie horas Canonicas tenentur, vehementer hortamur, iisdémque iniungimus, ut deinceps eodem Breviario tam in Choro, quàm extra illum semper utantur. Salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Districtiùs inhibentes omnibus et singulis sive Monachis,

sive Monialibus præfati Ordinis tam in Helvetia, quàm in Germania, ut præmittitur, quacunque etiam dignitate fulgentibus, et ad persolvendas Horas Canonicas obstrictis, ne aut mutare, aut addere quidquam in eodem Breviario imposterum quocunque pacto audeant, seu præsumant sine præfata Apostolicæ sedis auctoritate. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suósque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinére, ac illis, ad quos, et ad quas spectat, et spectabit in futurum, pleniſsimè suffragari, et ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmiſsis per quoscunque Ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, et deffiniri debere, ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

q judices

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu Exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii Publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die X. Novembris MDCCXXXVII. Pontificatûs nostri Anno Octavo.

I. C. Oliverius.

Decreta Congregationis Sacrorum Rituum, pro Sanctis ad libitum.

Sacra Rituum Congregatio habita die 2. Decemb. 1673. statuit ex mandato Clementis X. Festa Sanctorum ad libitum in posterum non esse transferenda, si eorum festivitas incidat in diem Dominicam, vel aliquem diem festorū mobilium, sed tunc illo anno eorum officia

esse omittenda. Quod ipsum postea ~~Clemens~~ Innocentius Papa XI. in Congregatione habita 24. januarii 1682. generali Decreto confirmavit, et extendit insuper etiam ad Octavas, et natalitia Sanctorum de præcepto in aliqua Religione, vel Diœcesi ex indulto Apostolico recitanda. Ita, ut ne quidem dictis festis, vel Octavis festa ad libitum tunc incidentia possint recitari, sed omitti prorsus debeant. Permisit tamen, ut festum Translatum, quod ~~eo die~~ aliàs eo die celebrandum foret, in alium diem non impeditum ~~transferatur~~: item, ut eodem die omitti possit Officium semel per hebdomadam, aut mensem recitandum ex indulto Apostolico, ut ita locus sit celebrando officio ad libitum.

Pro Sanctis in Martyrologio non descriptis.

Officia Sanctorum ratione corporis, seu insignis

XVI

reliquiæ recitanda ex Decreto Sac. Rit. Congr. ii. Augusti 1691. intelligi debere de sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: de cæteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à S. Sede non fuerit specialiter concessum, officia recitare, et Missas celebrari vetuerunt, non obstante, quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis asserventur, quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis debitam fidelium veneratione (: prout hactenus servatum est :) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio et Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi officium, aliisque in Constitutione S. Pii contentis. Die ii. Augusti 1691.

et Sanctiss: approbavit die 19. Octobris eiusdem anni 1691.

Loco + Sigilli.

I. Vallemanus S.R.C.
Secretarius.

Decreta generalia
circa Rubricas.

Cùm sacrorum Rituum Congregationi demissè supplicatum fuerit sequentia dubia declarare.

Primum. An, cùm multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit à S. Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, V.G. de Sanctissimo Sacramento vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo

festo duplici, vel Semiduplici, licet eiusmodi officia facere etiam in diebus S. Quadragesimæ, Adventûs, Vigiliarum, et Quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus officiorum concessionibus?

Secundum. An dies impeditus festo duplici vel semiduplici pro dictis officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est officium de festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur, responsum fuisse olim à S. Congregatione: Quod scilicet festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium Officiorum.

Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed solum communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere

nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, et Confiteor, itemque recitare officia, et Missas Concessas aliis Religionibus?

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Dni Cardinalis Colloredo respondit:

Ad Primum, Negativè, et huiusmodi indulta non habere locum in feriis Adventûs, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec in feria secunda Rogationum, vel in illa Feria, in qua secundùm Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.

Ad Secundum, Affirmativè.

Ad Tertium, Negativè in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper, ut declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit. die 20. Martij 1706.

G. Cardinalis Carpineus

Loco † Sigilli.

B. Inghyrami S.R.C. Secr:

Tabella Temporaria

Anni Domini.	Litteræ Dominicales.	Aureus Numerus.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum	Pascha.
1740	c b	12	I	14. Febr.	2. Mart.	17. April.
1741	A	13	XII	29. Ianu.	15. Febr.	2. April.
1742	g	14	XXIII	21. Ianu.	7. Febr.	25. Mart.
1743	f	15	IV	10. Febr.	27. Febr.	14. April.
1744	e d	16	XV	2. Febr.	19. Febr.	5. April.
1745	c	17	XXVI	14. Febr.	3. Mart.	18. April.
1746	b	18	VII	6. Febr.	23. Febr.	10. April.
1747	A	19	XVIII	29. Ianu.	15. Febr.	2. April.
1748	g f	1	*	11. Febr.	28. Febr.	14. April.
1749	e	2	XI	2. Febr.	19. Febr.	6. April.
1750	d	3	XXII	25. Ianu.	11. Febr.	29. Mart.
1751	c	4	III	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
1752	b A	5	XIV	30. Ianu.	16. Febr.	2. April.
1753	g	6	XXV	18. Febr.	7. Mart.	22. April.
1754	f	7	VI	10. Febr.	27. Febr.	14. April.
1755	e	8	XVII	26. Ianu.	12. Febr.	30. Mart.
1756	d c	9	XXVIII	15. Febr.	3. Mart.	18. April.
1757	b	10	IX	6. Febr.	23. Febr.	10. April.
1758	A	11	XX	22. Ianu.	8. Febr.	26. Mart.
1759	g	12	I	11. Febr:	28. Febr.	15. April.
1760	f e	13	XII	3. Febr.	20. Febr.	6. April.
1761	d	14	XXIII	18. Ianu.	4. Febr.	22. Mart.
1762	c	15	IV	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
1763	b	16	XV	30. Ianu.	16. Febr.	3. April.
1764	A g	17	XXVI	19. Febr.	7. Mart.	22. April.
1765	f	18	VII	3. Febr.	20. Febr.	7. April.
1766	e	19	XVIII	26. Ianu.	12 Febr.	30. Mart.
1767	d	1	*	15. Febr.	4. Mart.	19. April.

Festorum Mobilium.

Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Indictio.	Lit: martyrol:	Dom: Post Pentec.	Dom: i. Adventûs.
1740	26. Maii.	5. Iunii	16. Iunii	3	a	24	27. Nov.
1741	11. Maii.	21. Maii	1. Iunii	4	m	27	3. Dec.
1742	3. Maii.	13. Maii	24. Maii	5	D	28	2 Dec.
1743	23. Maii.	2. Iunii	13. Iunii	6	d	25	1. Dec.
1744	14. Maii.	24. Maii	4. Iunii	7	q	26	29. Nov.
1745	27. Maii.	6. Iunii	17. Iunii	8	G	24	28 Nov.
1746	19. Maii.	29. Maii	9. Iunii	9	g	25	27. Nov.
1747	11. Maii	21. Maii	1. Iunii	10	t	27	3. Dec.
1748	23. Maii	2. Iunii	13. Iunii	11	P	25	1. Dec.
1749	15. Maii	25. Maii	5. Iunii	12	1	26	30. Nov.
1750	7. Maii	17. Maii	28. Maii	13	C	27	29. Nov.
1751	20. Maii	30. Maii	10. Iunii	14	c	25	28 Nov.
1752	11. Maii	21. Maii	1. Iunii	15	p	27	3. Dec.
1753	31. Maii	10. Iunii	21. Iunii.	1	F	24	2. Dec.
1754	23. Maii	2. Iunii	13. Iunii.	2	f	25	1. Dec.
1755	8. Maii	18. Maii	29. Maii.	3	f	27	30 Nov.
1756	27. Maii	6. Iunii	17. Iunii	4	M	24	28 Nov.
1757	19. Maii	29. Maii	9. Iunii	5	i	25	27 Nov.
1758	4. Maii	14. Maii	25. Maii.	6	A	28	3 Dec.
1759	24. Maii	3. Iunii	14. Iunii.	7	a	25	2 Dec.
1760	15. Maii	25. Maii	5. Iunii.	8	m	26	30 Nov.
1761	30. April	10. Maii	21. Maii.	9	D	28	29 Nov.
1762	20. Maii	30. Maii	10. Iunii	10	d	25	28 Nov.
1763	12. Maii	22. Maii	2. Iunii	11	q	26	27 Nov.
1764	31. Maii	10. Iunii	21. Iunii	12	G	24	2 Dec.
1765	16. Maii	26. Maii	6. Iunii	13	g	26	1 Dec.
1766	8. Maii	18. Maii	29. Maii	14	t	27	30 Nov.
1767	28. Maii	7. Iunii	18. Iunii	15	P	24	29 Nov.

XXII

Tabella Temporaria

Anni Domini.	Litteræ Dominicales.	Aureus Numerus.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum	Pascha.
1768	c b	2	XI	31. Ianu.	17. Febr.	3. April.
1769	A	3	XXII	22. Ianu.	8. Febr.	26. Mart.
1770	g	4	III	11. Febr.	28. Febr.	15. April.
1771	f	5	XIV	27. Ianu.	13. Febr.	31. Mart.
1772	e d	6	XXV	16. Febr.	4. Mart.	19. April.
1773	c	7	VI	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
1774	b	8	XVII	30. Ianu.	16. Febr.	3. April.
1775	A	9	XXVIII	12. Febr.	1. Mart.	16. April.
1776	g f	10	IX	4. Febr.	21. Febr.	7. April.
1777	e	11	XX	26. Ianu.	12. Febr.	30. Mart.
1778	d	12	I	15. Febr.	4. Mart.	19. April.
1779	c	13	XII	31. Ianu.	17. Febr.	4. April.
1780	b A	14	XXIII	23. Ianu.	9. Febr.	26. Mart.
1781	g	15	IV	11. Febr.	28. Febr.	15. April.
1782	f	16	XV	27. Ianu.	13. Febr.	31. Mart.
1783	e	17	XXVI	16. Febr.	5. Mart.	20. April.
1784	d c	18	VII	8. Febr.	25. Febr.	11. April.
1785	b	19	XVIII	23. Ianu.	9. Febr.	27. Mart.
1786	A	1	*	12. Febr.	1. Mart.	16. April.
1787	g	2	XI	4. Febr.	21. Febr.	8. April.
1788	f e	3	XXII	20. Ianu.	6. Febr.	23. Mart.
1789	d	4	III	8. Febr.	25. Febr.	12. April.
1790	c	5	XIV	31. Ianu.	17. Febr.	4. April.
1791	b	6	XXV	20. Febr.	9. Mart.	24. April.
1792	A g	7	VI	5. Febr.	22. Febr.	8. April.
1793	f	8	XVII	27. Ianu.	13. Febr.	31. Mart.
1794	e	9	XXVIII	16. Febr.	5. Mart.	20. April.
1795	d	10	IX	1. Febr.	18. Febr.	5. April.
1796	c b	11	XX	24. Ianu.	10. Febr.	27. Mart.
1797	A	12	I	12. Febr.	1. Mart.	16. April.
1798	g	13	XII	4. Febr.	21. Febr.	8. April
1799	f	14	XXIII	20. Ianu.	6. Febr.	24. Mart.
1800	e	15	IV	9. Febr.	26. Febr.	13. April.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Festorum Mobilium.

Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes	Corpus Christi	Indictio	Litera martyrologii	Dom. post Pentec.	Dom. 1a. adventus.
1768	12. Maii	22. Maii	2. Junii	1	l	26	27. Nov.
1769	4. Maii	14. Maii	25. Maii	2	C	28	3. Dec.
1770	24. Maii	3. Junii	14. Junii	3	c	25	2. Dec.
1771	9. Maii	19. Maii	30. Maii	4	p	27	1. Dec.
1772	28. Maii	7. Junii	18. Junii	5	F	24	29. Nov.
1773	20. Maii	30. Maii	10. Junii	6	f	25	28. Nov.
1774	12. Maii	22. Maii	2. Junii	7	f	26	27. Nov.
1775	25. Maii	4. Junii	15. Junii	8	M	25	3. Dec.
1776	16. Maii	26. Maii	6. Junii	9	i	26	1. Dec.
1777	8. Maii	18. Maii	29. Maii	10	A	27	30. Nov.
1778	28. Maii	7. Junii	18. Junii	11	a	24	29. Nov.
1779	13. Maii	23. Maii	3. Junii	12	m	26	28. Nov.
1780	4. Maii	14. Maii	25. Maii	13	D	28	3. Dec.
1781	24. Maii	3. Junii	14. Junii	14	d	25	2. Dec.
1782	9. Maii	19. Maii	30. Maii	15	q	27	1. Dec.
1783	29. Maii	8. Junii	19. Junii	1	G	24	30. Nov.
1784	20. Maii	30. Maii	10. Junii	2	g	25	28. Nov.
1785	5. Maii	15. Maii	26. Maii	3	t	27.	27. Nov.
1786	25. Maii	4. Junii	15. Junii	4	P	25	3. Dec.
1787	17. Maii	27. Maii	7. Junii	5	l	26	2. Dec.
1788	1. Maii	11. Maii	22. Maii	6	C	28	30. Nov.
1789	21. Maii	31. Maii	11. Junii	7	c	25	29. Nov.
1790	13. Maii	23. Maii	3. Junii	8	p	26	28. Nov.
1791	2. Junii	12. Junii	23. Junii	9	F	23	27. Nov.
1792	17. Maii	27. Maii	7. Junii	10	f	26	2. Dec.
1793	9. Maii	19. Maii	30. Maii	11	f	27	1. Dec.
1794	29. Maii	8. Junii	19. Junii	12	M	24	30. Nov.
1795	14. Maii	24. Maii	4. Junii	13	i	26	29. Nov.
1796	5. Maii	15. Maii	26. Maii	14	A	27	27. Nov.
1797	25. Maii	4. Junii	15. Junii	15	a	25	3. Dec.
1798	17. Maii	27. Maii	7. Junii	1	m	26	2. Dec.
1799	2. Maii	12. Maii	23. Maii	2	D	28	1. Dec.
1800	22. Maii	1. Junii	12. Junii	3	d	25	30. Nov.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

XXIV

Calendarium novum.

Ianuarius.

1. Circumcisio Dni dup. 2de classis.
2. Oct: S. Stephani dup. cum com. Octavarium.
3. Octav: S. Ioannis dup. cū com: SS. Innoc:
4. Octav: SS. Innocent. dup.
5. Vigil: Epiph: semid. cum com: S. Thelesphori P. et m.
6. Epiphania Dni. dup. 1. class:
7. De Octava Epiphaniæ.
8. De octava.
9. De Octava.
10. De Octava.
11. De Oct: Com: S. Hygini P. et m.
12. De Oct: Com: S. Benedicti Abb. Angl:
13. Octava Epiphaniæ dupl.
14. Petri Ursеoli Conf. dup. cum com: S. Felicis Presbyt: et m.
15. Mauri Abbat. dup. 2. class.
16. Marcelli Papæ et m. Semid.
17. Antonii Abbat. dup.
18. Cathedra S. Petri Romæ dupl: maius. Com: S. Priscæ Virg. et m.
19. Agathonis Pap. et conf. dupl. com: SS. Marii et soc: Mm.
20. Fabiani et Sebastiani Mart. dup.
21. Meinradi Mart. dupl.
22. Vincentii et Anastasii Mm. semid.
23. Desponsatio B. M. V. dup. mai. com: S. Emerent. Virg. et m.
24. Timothei Ep. et mart. Semid.
25. Conversio S. Pauli Apost. dup. maj.
26. Policarpi Ep. et m. semid.
27. Ioannis Chrysostomi Ep. et Conf: dup.
28. Agnetis Iacundò
29. Franc: Salesii Ep. et Conf. dupl.
30. Adelelmi Abb. dupl.
31. Petri Nolasco Conf. dup.

Dominica 2. post Epiph: Festum SS. Nominis IESU dup. 2. class. cum com. Dom. ℣

℣ Guide in proprio sanctorum post diem 2. Januarii pag. 19.

Februarius.

1. Ignatii Ep. et mart. Semid.
2. Purificatio B. M. V. dup. 2. class.
3. Blasii Ep. et mart. dup.
4. Andreæ Corsini Ep. et Conf. dup.
5. Agathæ Virg. et Mart. dupl.
6. Odilonis Abbat: dup. Com. S. Dorotheæ Virg. et mart.
7. Romualdi Abbat. dupl.
8. Ioannis de Matha Conf. dupl.
9. Apolloniæ Virg. et m. dup.
10. Scholasticæ Virg. dupl. 2. Class.
11. Pauli I. Eremitæ dup. Com. Oct.

12. Agnetis Virg. et mart. dup. com. Oct. alia, 21 Jan. in 8vis
13. Gregorii II. Papæ et Conf. dup. com. Oct.
14. Ildephonsi Ep. et Conf. dup. Com. Oct: et S. Valentini Presb. et m.
15. Laurentii Ep. et C. dup. Com. Oct: et SS. Faustini et Iovitæ Mm.
16. De Octava.
17. Octava S. Scholasticæ dup.
18. Helladii Ep. et C. dup. comm. S. Simeonis Ep. et Mart.
19. Hilarii Ep. et C. semid.
20. Canuti Danorum Regis et Mart. Semid. ad libitum.
21. Raymundi de Pennaf. semid.
22. Cathedra S. Petri Antiochiæ dup. mai. Com. S. Pauli.
23. Martinæ Virg. et Mart. sem. com. Vigiliæ.
24. Mathiæ Apost. dup. II. class.
25. Walburgis Virg. dup.
26.
27. Leandri Ep. et C. dup.
28.

In Anno Bisext: Februar. est dierum 29. et fest. S. Mathiæ celebratur 25. Februarii, et bis dicitur: Sexto Kalend. id est, die 24. et 25., et lit. Dominicalis, quæ assumpta fuit in Mense Ianu: mutatur in præcedentem; ut, si in Ianu: fuit A, mutatur in G, et litera F bis servit, nimirum die 24. et die 25.

Martius.

1. Rudesindi Ep. et Conf. dupl.
2. Suitberti Ep. et Conf. dupl.
3. Chunegundis Virg. dup.
4. Casimiri Conf. semid. comm: S. Lucii Papæ et Mart.
5. Anselmi Abbatis dupl.
6.
7. Thomæ Aquinatis Conf. et Eccl. Doctoris dupl. Comm: SS. Perpetuæ et Felicitatis Mm.
8. Veremundi Abbatis dupl.
9. Franciscæ Romanæ Viduæ dup.
10. Quadraginta Martyrum Semid.
11. Vincentii Abbat. et Mart. dup. com. S. Eulogii mart.
12. Gregorii Magni Pap. et Conf. et Eccl: Doct. dup. maius.

NB. Feria VI. post Dominicam Passionis festum Dolorum B. M. V. dup. mai.

13. Ramiri et Soc: Mm. dup.
14. Ioannis de Deo Conf. dup.
15.
16.
17. Gertrudis Virg. Nivig. semid.
18. Gabrielis Archang. dup. mai.
19. Ioseph sponsi B.M.V. Conf. dup. II. Class.
20.
21. SS.P.N. Benedicti Abb. dupl: i. Class.
22. Patritii Ep. Conf. sem. com. Oct.
23. Nicolai de Flue Eremitæ dup. com. Oct. Apud nos de Octava.
24. De Octava.
25. Annuntiatio B.M.V. dup. II. clas.
26. De Octava.
27. Ruperti Ep.C. dup. com. Oct.
28. Octava S.P. Benedicti. dup.
29.
30.
31.

Aprilis.

Feria VI. post Dominicam in Albis fit Officium de Lancea et clavis Domini dup. II. clas. Impeditâ autem feriâ VI. officio XII. Lectionum, transfertur ad aliam feriam Sextam intra tempus Paschale tantùm.

1.
2. Francisci de Paula Conf. dup.
3.
4. Isidori Ep. et Conf. dup.
5. Vincentii Ferrerii Conf. dup.
6.
7.
8.
9.
10.
11. Leonis Papæ et Conf. dup.
12.
13. B. Idæ Virg. dup.
14. Tiburtii, Valeriani et Maximi Martyrum.
15. Hermenegildi mart. semid.
16. Turibii Ep. Conf. dup.
17. Aniceti Papæ et mart.
18.
19.
20.
21. Anselmi Ep. Conf. dup.
22. Soteris et Caii PP. Mm. semid.
23. Georgii Mart. dup.
24. Melliti Ep. et Conf. dup.
25. Marci Evangel: dup. II. Class.
26. Cleti et Marcellini PP. Mm. semid.
27.
28. Vitalis mart.
29. Roberti Abb. dup.
30. Catharinæ Virg. Senens. dup.

Maius.

1. Philippi et Iac: Ap. dup. II. clas.
2. Athanasii Ep. et Conf. dup.
3. Inventio S. Crucis dup. II. clas. Com: SS. Alexandri, Eventii, et Theoduli Mm. ac Iuvenalis E.C.
4. Monicæ Vid. dup.
5. Pii V. Pap: et Conf. Semid.
6. Ioannis ante port. latin. dup. mai.
7. Stanislai Ep. et m. dup.
8. Apparitio S. Michaël: Arch: dup. M.
9. Gregorii Nazian. Ep. Conf. dup.
10. Antonini Archi Ep. Conf. Semid. com. SS. Gordiani et Epimachi. Mm.
11. Maioli Abbat. dup.
12. Nerei, Achillei, et Domitillæ, atque Pancratii Mm. Semid.
13. Petri mart. dup.
14. Bonifacii mart.
15.
16. Ioannis Nepomuc: mart. Semid.
17. Ubaldi Ep. Conf. Semid.
18. Venantii mart. Semid.
19. Petri Coelestini V. Pap. C. dup. Com: S. Pudentianæ Virg.
20. Bernardini Senens. Conf. Semid.
21.
22. Romani Abbat. dup.
23.
24.
25. Gennadii Ep. Conf. dup: Comm: S. Urbani Papæ et Mart.
26. Augustini Ep. et Conf. dupl. com. S. Eleutherii Papæ et mart.
27. Bedæ Presbyt. et Conf. dup. com. S. Ioannis Pap. et mart.
28. Bonifacii IV. Pap. et Conf dup.
29. Philippi Nerii Conf. dup.
30. Mariæ Magdalenæ de Pazis Virg. Semid. com. S. Felicis Papæ et mart.
31. Petronillæ Virg.

Iunius.

1. Enneconis Abbatis dup.
2. Marcellini, Petri, atque Erasmi martyrum.
3.
4.
5. Bonifacii Ep. et Mart. dup.
6. Claudii Ep. et Conf. dup.
7. Norberti Ep. et Conf. dup.
8.
9. Primi et Feliciani Martyrum.
10. Margaritæ Scot: Reg. Vid. Semid.
11. Barnabæ Apost. dup. maius.
12. Leonis III. Pap. et Conf. dup. com: SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii Martyrum.
13. Antonii de Padua Conf. dup.
14. Felicis Mart. et Monachi dup.
15. Viti, Modesti, atque Crescentiæ Martyrum. dupl.

16. Ioannis à S. Facundo Conf. dup.
17. Basilii magni Ep: Conf. dup.
18. Marci et Marcelliani mart.
19. Gervasii et Protasij Mm. semid.
20. Silverii Papæ et Mart:, et Florentinæ Virg.
21.
22. Paulini Ep. et Conf.
23. Vigilia, et com. S. Ediltrudis Reginæ Virg.
24. Nativitas S. Ioannis Baptistæ dup. i. classis.
25. Guilielmi Abbat. dup. com. Oct.
26. Ioannis et Pauli Martyrū. dup. com. Oct.
27. De Octava.
28. Leonis II. Pap. et Conf. semid. com. Oct. et Vigiliæ.
29. Petri et Pauli Apost. dup. I. class:
30. Cōmemoratio S. Pauli Apost: dup. com. Oct: S. Ioannis Baptæ.

Iulius.

1. Octava S. Ioannis Bapt. dup. com. Oct: Apost.
2. Visitatio B.M.V. dup. mai. Com. Oct. et SS. Processi et Martinia: Mm.
3. De Oct. Apost:
4. De Octava.
5. De Octava.
6. Octava Apost. Petri et Pauli dup.
7. Willebaldi Ep. Conf. dup.
8. Chiliani Ep. et Mart. semid.
9. Elisabeth Reg: Portug. Vid. semid.
10. Septem Fratrum Mm. et SS. Ruffinæ ꝓ Mm. semid.
11. Commem. S. Benedicti Abb. dup. II. class: Com. S. Pii Pap. et mart.
12. Ioannis Gualberti Abbatis dup. com: Oct. S. Benedicti, et SS. Naboris et Felicis Martyrum.
13. Anacleti Pap. et Mart. semid. com. Oct:
14. Bonaventuræ Ep. et Conf. et Eccl: Doct: dup. com. Octavæ.
15. Henrici primi Imperatoris Conf. dup. com. Oct.
16. Beatæ Mariæ Virg. de Monte Carmelo dup. mai. com. Oct:
17. Leonis IV. Papæ Conf. dup. com. Octav.
18. Octava Cōmemorationis S. Bened. dup. Com. S. Symphorosæ et filiorū eiꝰ Mm.
19. Alexii Conf: sem.
20. Margaritæ Virg. et m. dup.
21. Praxedis Virg.
22. Mariæ Magdalenæ dup.

23. Apollinaris Ep. et mart: dup. Com: S. Liborii Ep: Conf.
24. Vigilia cum com. S. Christinæ Virg. et Mart.
25. Iacobi Apost. dup. II. Class. com: S. Christophori Mart: in Laudibus tantùm.
26. Annæ Matris B. Mariæ V. dupl:
27. Pantaleonis Mart.
28. Nazarii, Celsi, et Victoris, mart:, et Innocentii I. Pap. et Conf. Semid.
29. Marthæ Virg. Semid: Com. SS. Felicis Pap., Simplicii, Faustini, et Beatricis Mm.
30. Abdon et Sennen. Mm.
31. Ignatii Loiolæ Conf. dupl.

Vincentii Paulo C. sem. fixa ulias zi. h.

Augustus.

1. Petri ad Vincula dup. maius com. SS. Machabæorum Mm.
2. Stephani I. Pap. et m.
3. Inventio Stephani Protomartyris. Semid.
4. Dominici Conf. dupl.
5. Dedicatio S. Mariæ ad Nives. dup. maius.
6. Transfiguratio Domini dup. mai. Com: SS. Xysti Papæ, et Felicissimi p. Mm.
7. Caietani Conf. dup. Comm. Donati Ep. m.
8. Cyriaci, Largi, et Smaragdi Mm. Semid.
9. Stephani Abb. et 200. Monachorum Mm. dup. Com: Vigiliæ, et S. Romani m.
10. Laurentii m. dup. II. Class.
11. De Octava. Com. SS. Tiburtii et Susannæ Mm.
12. Clarce Virg. dup. Com. Oct.
13. De Oct: com: SS. Hyppoliti et Cassiani Mm.
14. De Oct: Com. Vigiliæ, et S. Eusebii Conf.
15. Assumptio B. M. V. dup. I. Clas.
16. Hyacinthi Conf. dup. Com. Octavarum. m.
17. Octava S. Laurentii dupl. com. Oct: assumpt.
18. De Oct: B. M. V. Com. S. Agapiti Mart.
19. De Octava.

20. Bernardi Abb. dup. Com. Oct.
21. Bernardi Ptolomæ Abb. dup. com. Oct:
22. Octava B.V.M. dup. com: SS. Timothei, Hippolyti, et Symphoriani Mm.
23. Philippi Benitii Conf. dup. com. Vigiliæ.
24. Bartholomæi Ap. dup. II. clas.
25. Ludovici Regis Galliæ Conf. semid.
26. Zephyrini Papæ et m.
27.
28. Augustini Ep. Conf. et Eccl. Doct: dup. Com. Hermetis. m.
29. Decollatio S. Ioann: Bapt: dupl. Com. S. Sabinæ m.
30. Rosæ Limanæ à S. Maria Virg: dup. Com. SS. Felicis et Adaucti Mm.
31. Raymundi Nonnati Conf. duplex.

September.

Dominica I. Septembris Festum SS. Angelorū Custodum, dup. II. clas. cum Oct.
1. Ægidii Abb. dup. Com. SS. duodecim Fratrum Mm.
2. Nonnosi Abb. dup.
3. Stephani Reg. Hung. Conf. semid.
4. Rosaliæ Virg. Panormit. dup.
5. Laurentii Iustiniani Ep. et Conf. Semid. ad libit.
6. Magni Abb. dup.
7.
8. Nativitas B.M.V. dup. II. clas. com. S. Adriani m. in Laudib: tantùm.
Dominica infra Octavā Nativitatis celebratur Festum S. Nominis B.M.V. dup. mai. com: Dom:
9. De Oct. com: S. Gorgonii m.
10. Nicoli de Tolentino Conf. dup. com: Oct.
11. De Oct. Com. Prothi et Hyacinthi Mm.
12. De Octava.
13. De Octava.
14. Exaltatio S. Crucis duplex maius. Com. Oct.
15. Octava Nativ: B.M.V. dup. com. S. Nicomedis. M.
16. Cornelii Papæ, et Cypriani Ep. et M. Com: SS. Edithæ Virg. Euphemiæ &c. Mm.
17. Columbæ Virg. et mart. dupl.

18. Thomæ de Villanova Ep. et C. semid.
19. Ianuarii Ep. et Soc. Mm. dup. com. S. Theodori Ep. et Conf.
20. Eustachii et Soc. Mm. dupl. com. Vigiliæ.
21. Mathæi Apost: et Evangelist. dup. II. class:
22. Mauritii et Soc: Mm. semid.
23. Lini Pap. m. semid. comm: Theclæ Virg. et m.
24. B. M. V. de Mercede dup. mai.
25. Gerardi Sagredo Ep. m. dup.
26. Impressio S. Stigmatum S. Francisc: Conf. semid. com. Cypriani et Iustinæ Mm.
27. Cosmæ et Damiani Mm. semid.
28. Wenceslai m. semid.
29. Dedicatio S. Michaëlis Archangeli. dup. II. Class.
30. Hieronymi Presbyt: et Conf. et Eccl. Doct: dupl.

October.

Dominica 1. Octobris Festum Rosarii B. M. V. dup. mai. com: Dominicæ occurrentis.

1. Remigii Ep. et Conf. sem. ad libitum, vel Simplex de præcepto.
2. Leodegarii Ep. m. dup.
3.
4. Francisci Conf. dup.
5. Placidi et Soc: Mm. dup. II. Class. Com. S. Attilani Episc: et Confess. in Laudibus tantùm.
6. Brunonis Conf. dupl.
7. Iustinæ Virg. et m. dup. Com. S. Marci P. et C. et SS. Sergii Bachi, Mm.
8. Birgittæ Viduæ dup.
9. Dionysii, Rustici, et Eleutherij martyrum. Semid.
10. Paulini Ep. et Conf. Semid.
11. Francisci Borg. Conf. Semid.
12.
13. Eduardi Conf. Semid.
14. Callisti Pap. et m. Semid.
15. Theresiæ Virg. dup. com. S. Brunonis Ep. m. et S. Theclæ Virg.
16. Galli Abb. dup.
17. Hedwigis Reg: Polon: Vid. semi:
18. Lucæ Evangel: dup. II. Class.
19. Petri de Alcantara Conf. dup.
20.
21. Ursulæ et Soc: Virg. et Mm. dup. com. S. Hilarionis Abb.
22.
23.
24. Raphaëlis Archang: dup. mai:
25. Chrysanthi et Dariæ Mm.
26. Evaristi Papæ et m.
27. Vigilia.
28. Simonis et Iudæ Ap. dup. II. Class:

29.
30. Commemoratio SS. Martyrum, et aliorum Sanctorū, quorū Reliquiæ in Ecclesiis Ordinis nostri asservantur. dup. mai.
31. Wolfgangi Ep. et Conf. Einsidlæ dup. II. Class: alibi verò dup. Com. Vigiliæ.

November.

1. Omnium Sanctorū dup. I. Class
2. De Octava. Com: Omnium Fidelium defunctorum.
3. De Octava.
4. Caroli Ep. et Conf. dup. Com: Oct: et SS. Vitalis et Agric: Mm:
5. De Octava.
6. Leonardi Conf. dup.
7. De Octava.
8. Octava Omn. SS. dup. com. 4. Coronatorum Mm. Dominica II. Novemb: Festum Patrocinii B. M. V. dup. mai.
9. Dedicatio Basilicæ Salvatoris dup. com. S. Theodori m.
10. Iusti Ep. Conf: Semid. Com. SS. Tryph: Respicii, et Nymphæ Mm.
11. Martini Ep. et Conf. dup. maius com. S. Mennæ m.
12. Æmiliani Abbatis dup.
13. Omnium SS. Monachorum O.S.B. dupl: II. Classis.
14. Andreæ Avellini Conf. Semid. Com. Omn: defunct: Monachorum.
15. Leopoldi Archiducis Austriæ C. semid.
16. Othmari Abbatis dup.
17. Gertrudis Magnæ Virg. dup. II. Classis.
18. Dedicatio Basilic: SS. Petri et Pauli Apost. dup.
19. Elisabet Reg. Ungar. Vid: dup. Com. S. Pontiani I. Pap. et m.
20. Felicis de Valois Conf. dup.
21. Præsentatio B. M. V. dup. mai.
22. Cæciliæ Virg. et m. dup.
23. Clementis I. Pap. et m. Semid. com: Felicitatis m.
24. Columbani Abbatis dup. com. S. Chrysogoni m.
25. Catharinæ Virg. et m. dup.
26. Silvestri Abbat. dup. com. S. Petri Alexandrini Ep. et m.
27. Oddonis Abbat: dup.
28. Martini Pap. et m. Semid.
29. Didaci Conf. Semid. Com. Vigiliæ, et S. Saturnini m.
30. Andreæ Apost. dup. II. Class.

December.

1. Conradi Ep. et Conf. Semid.
2. Bibianæ Virg. et m. Semid.
3. Francisci Xaverii Conf. dup.
4. Barbaræ Virg. et m. dup.
5. Petri Chrysologi Ep. et Conf. dup. Com. S. Sabbæ Abbatis.

6. Nicolai Ep. Conf. dup.
7. Ambrosii Ep. et Conf. et Eccles: Doct: dup.
8. Conceptio B.M.V. dup. II. class:
9. Gregorii Thavmaturgi Ep. et Conf. dup. Com. Oct.
10. De Oct. com. S. Melchiadis P. m.
11. Damasi I. Pap. et Conf: Semid. Com. Oct:
12. De Octava.
13. Luciæ Virg. et m: dup. Com. Oct:
14. Dominici Silensis Abbatis dupl: com. Oct:
15. Octava Concept: B.M.V. dup.
16. Eusebii Ep. et m. semid.
17.
18. Expectatio B.M.V. dup. mai.
19.
20. Vigilia
21. Thomæ Apost. dup. II. class.
22.
23.
24. Vigilia.
25. Nativitas D.N.I.C. dup. I. class.
26. Stephani Protomart. dup. II. class. com. Oct: Nativitatis.
27. Ioannis Apost: et Evangelistæ dup. II. class. com. Octavar.
28. SS. Innocentium Martyrum dup. II. class. com. Octavar.
29. Thomæ Cantuarien: Ep. et m. semid. com. Octavar.
30. Dominica infra Oct: Nativit: vel de Oct: Nativ: com. Octavar.
31. Silvestri Papæ et Conf. dup. com. Octavarum.

Annotatio eorum, Quæ Rubricis Generalibus noviter sunt addita.

Titulo De Dominicis IV.

N°. 2. .... Si tamen aliqua dies Octavæ inciderit in Dominicas Adventûs occurr: ante diē 17. Decemb. et in Dominicis à septuagesima usque ad Dominicam Quinquagesimæ inclusivè, Officium fit de Dominica cum commemoratione Octavæ. De diebus verò Octavis S. Benedicti ac S. Scholasticæ, fieri debet commemoratio ut supra à Dominica I. Quadragesimæ usque ad Dominicam IV. eiusdem Quadragesimæ inclusivè.

De Feriis. V.

Officium Feriale .... vel officium S. Mariæ in Sabbato, vel officium votivum S. Benedicti, et S. Scholasticæ, vel aliquod festum solemne &c.

De Vigiliis. VI.

De Vigilia fit .....
.... cum Responsorio suo „ illo
„ scilicet, quod in Officio Domi-
„ nicæ præcedentis primum est
„ omnium, nisi aliud in propri-
„ is locis notetur, ut infra de Re-
„ sponsoriis prolixis n. VI. adno-
„ tatur. Et fit commemoratio de ea ℘

De Octavis. VII.

De Octava fit officium ....
..... quo tempore omittitur
officium cuiuscunque Octavæ;
„ exceptis Octavis SS. P. N. Bene-
„ dicti, et S. Scholasticæ ex specia-
„ li S. Sedis Apostolicæ privilegio.
Quod si aliquod ℘.

3. Infra Octavas .....
...(: non tamen translatis, = nisi
„ sit festum Nativitatis S. Ioannis
„ Baptistæ, sive aliud ex solemnio-
„ ribus :) cum cōmemoratione ℘.

De officio S. Mariæ in Sabbato VIII.

6. „ Idem esto respectivè
„ de S. Benedicto, quando infra
„ hebdomadam eius Officium
„ votivum recitatur, ~~eius~~ cuius
„ Rubricæ habentur post Offi-
„ cium S. Mariæ in Sabbato.

De Commemorationibus. IX.

8. Cōmemorationes fiunt hoc modo .....
nisi aliter signetur. „ si verò
„ in Vesperis plures occurrant
„ cōmemorationes simpliciū
„ se- cunda commemora-
„ tio sumetur ex secundis
„ Vesperis cum versu secundi
„ nocturni, Tertia autē com-
„ memoratio fiet desumendo *to primam pertinet ad Breviar. Roman.
„ Antiphonam *primam ex ter-
„ tio Nocturno cum versu eius-
„ dem nocturni. In Laudibus,
„ Secunda Cōmemoratio fiet
„ cum Āna III. Nocturni, et
„ versu assignato in primis
„ Vesperis. Tertia verò com-
„ memoratio fiet desumendo
„ Antiphonam et versus dictos
„ secundo loco in primis Vespe-
„ ris, nempe Antiphonam se-
„ cundarum Vesperarum,

„ et versum II. Nocturni. Et similiter ℞.

II. ..... De die infra Octavam ante ferias Adventus, „ Quadragesimæ, „ Quatuor temp: Vigiliarū, „ et Rogationum, et de dictis feriis ante festum simplex. De Sancta Maria ℞.

De Translatione Festorum. X.

Si aliquod festum ..... „ Si autem festum „ nativitatis S. Ioannis Bāptæ „ sive aliud ex solemnioribus „ venerit in die Corporis Chri„ sti, Officium S. Ioannis Baptæ „ singulari privilegio transfer„ tur in sequentem diem vigesi„ mam quintam à quocunque „ Officio 12. lectionum etiam im„ peditam cum cōmemoratione „ Octavæ, sed in secundis Vespe„ ris Corporis Christi fit cōme„ moratio tantūm S. Ioannis; cæ„ tera verò festa solemniora oc„ currentia in dicta die Corpo„ ris Christi transferuntur infra „ Octavam in primam diem à „ quocunque Officio 12. lectionum „ non impeditam. Sequentibus autem diebus ℞.

6. ..... vel omnia semiduplicia „ quoad ritum, et quoad personam, fiat de digniori ℞.

7. ..... quod est magis solemne „ quoad ritum (: sed „ quoad personam servetur Or„ do Kalendarii :) semper prius „ transferatur, et prius celebretur ℞.

De Invitatorio. XIX.

2. ..... seu depositionis defuncti, reliqua in veteri Brev: sequentia, in novo sunt omissa, quorum loco ponuntur hæc: „ Item in die Tertio, Septimo, Trigesimo, et Anniversa„ rio, et non aliàs, etiamsi di„ cantur tres Nocturni.

De Antiphonis XXI.

7. ..... ab eo loco „ ubi de„ sinit Antiphona, sive integra „ dicatur, sive tantūm inchoata, „ dūmodo eadem sint verba, et non

„ discontinuetur per Alleluia.

De Lectionibus XXVI.

3. . . . . vel undecimæ lectioni adiunctâ: „ Si autem non habuerit propriam, sed desumatur „ de Cōmuni, omittitur. In Dominicis tamen Adventûs, et in Dominicis à Septuagesima usque ad Dominicam in Albis „ exclusivè, „ et in Dominica infra Octavam Corporis Christi nulla lectio de sancto „ simplici legitur. Item nec infra „ Octavam Corporis Christi, quando „ de die infra Octavam fit officium, „ nisi in eo occurrat Vigilia S. Joannis Bapta, vel SS. Apostolorū Petri et Pauli. Quod si eodē die ℘.

4. . . . . in Sabbato, „ et in officio „ votivo S. Benedicti.

De Responsoriis prolixis. XXVII.

6. . . . . quod in eo Officio, = sive de tempore, sive de sancto omnium est primum, nisi aliud ℘.

De Symbolo ℘. XXXIII.

2. . . . . in Dominica Trinitatis, = et in eius die tantùm „ Octava dicitur, si hoc festum „ celebretur cum Octava; aliàs nunquam: ℘.

De Cōmemorationibus ℘. XXXV.

4. . . . de ea, „ nisi Ecclesia dicata sit eidem B. Mariæ Virgini. NB. hæc verba: Idem de S. P. Benedicto, in Veteri Brev: ad finē huius Rubricæ posita, in Novo sunt abrogata.

De Hymno Gloria in excelsis in Missa. XXXVIII.

Gloria in excelsis dicitur in Missa, quandocunque ad Laudes dicti sunt Psalmi: Dominus regnavit cum reliquis, præterquam in festo SS. Innocentium, nisi in Dominica venerit: excepto quoque Vigilia Nativitatis Domini, itemque feriis II. et III. Rogationum. Dicitur etiam in Dominicis ab Octava Epiphaniæ, usque ad Septuagesimam, et in Dominicis à Pentecoste usque ad Adventum, itemque in Cœna Domini, et sabbato Sancto.

Generales Rubricas sic correctas S. R. Congregatio ab omnibus militantibꝫ sub Regula S. Benedicti, et dicto Breviario utentibꝫ in posterū servari mandavit. Die 16. April. 1639.
C. Episc. Ostien. Card. Portuen.
Iulius Sincius Secret.

~~Pars Hyemalis~~ i.

Proprium de Tempore.

Pars Hyemalis.

Pro Dominica I. Adventus
vide fol. 438.

N3

Dominica III. Advent.

In Rubrica post Antiphonas O. posita, quæ incipit: § Sequentes Antiphon. ad Laudes, sic habetur: ..... „Quæ „ autem dicendæ essent die in quo oc- „ currit Festum S. Thomæ, dicuntur in „ Sabbato cum Psalmis Sabbati tertiâ „ et quartâ Antiphonâ prætermissâ, „ cuius loco dicitur Ana: Expectetur.

Sabbato ante Dominicam infra Oct: Nativ: Dni.

In ~~Sabbato Dominicam hanc præcedente~~ ad Vesperas dicitur Rx: breve Verbum Caro factum est* alleluia alleluia. Verbum. V. Et habitavit in nobis. alleluia alleluia.
Gloria Patri. Verbum.

2. ~~Dom. infra Oct: Nativ: Dni.~~

Post Hymnum ℣. Notum fecit Dominus alleluia. ℟. Salutare suum alleluia.
Præcedens ℟. br: et ℣. dicuntur in utrisque Vesp:
Pro Commem: Oct: Nativ: ℣. Viderunt omnes fines terræ alleluia. ℟. Salutare Dei nostri alleluia. Hic ℣. dicitur similiter in utrisque Vesperis.

In Circumcisione Dñi.

In Utrisque Vesperis dicitur ℟. breve, et ℣. ut supra ♀ Dominicā infra Oct: Nativ: Dñi-Scil: ℟: br: Verbum caro, et ℣. Notū fecit &c.

♀ in Sabbato ante

In Octava Epiphaniæ.

Ante II. Nocturnum ponitur hæc Rubrica:
„ In I. Nocturno (: si Octava hæc venerit in
„ Dominica :) legitur Initium Epistolæ ad Co-
„ rinth: ex Dom: i. post Epiph: Aliàs verò
„ de eadem Epistola ex feria currente in-
„ fra hebdomadam primam post Epipha-
„ niam.

Pars Hyemalis. 3

In Dominica ~~Septuagesimæ~~ tuc Septuagesimæ

Post undecimam Lect: ponitur hæc Rubrica:
In hac Dominica non legitur 12ma lectio
de festo simpl: si in eam incidat, prout
neque in Dominicis subsequentibus.

NB. Hæc Rubrica non videtur satisfa-
cere, potiùs enim illa ex Rubricis General:
Novi Brev: Tit: De Lectionibus XXVI. n. 3.,
et quidem non hoc locô, sed in Dominica
Septuagesimæ poni debuisset, quæ sic sonat

Rubrica „ In Dominicis, à Septuagesima usque ad
„ Dominicam in Albis exclusivè, ~~et in Domi-~~
„ ~~nica infra Octavam Corporis Christi~~ nul=
„ la lectio de Sancto Simplici legitur.

hæc valent

Feriâ Quartâ
Infra Dominicâ Sexagesimæ

Hæc Rubrica ponitur: „ Si prædictæ An-
„ tiphonæ ad Magnificat non potuerint dici
„ in præcedentibus feriis: et in sequenti fe-
„ ria Vta occurrat fieri Officium de feria,

Fer II. infra hebd Sexag. Prima Rhemensis hab hbl
Feria 2 infra hebd. Sexag. Treuensis 3. Rh. et nov. dom. Sexag. omissis aliis quæ ponunt ibi feriâ 2. Similia reliqui ad feria 4 posita. Nimis tria de dom. Sexagesimæ defiuntia sabbatho huius hebdomadæ.

4. Feria IV. infra Dom: Sexag:

„ dicatur ultima ex iis prætermissa: alio-
„ quin expletis omnibus sumantur de Psal-
„ terio, quod semper fit, quando propriæ
„ non habentur.

Pars Vernalis.

Feria IV. Cinerum vide pag: 393.

Dominica I. Quadragesimæ.

Rubrica: „Si in Dominica prima Quadra-
„ gesimæ, Passionis, aut Palmarum, ac per
„ sequentem hebdomadam maiorem occur-
„ rat duplex etiam j. Class:, transfertur
„ in diem sequentem similiter non impe-
„ ditam, ut dicitur in Rubr: Gen: de transl:
„ lat: Festorum n. i. et 5ª.

Sabbato ante Dominicam Palmarum.

In hodiernis Vesp: cessat Cursus B. V. M.

Officium Defunct: Psalmi Graduales, et Pœnitentℂ.

Dominica Resurrectionis.

Post Hymnum ad Matutinum hæc Rubrica ponitur: „Sic terminantur omnes Hymni eiusdem metri usque ad Ascensionē, „ præterquam in offic: B.V.M., in Hymno „ S. Crucis ad Vesp:, et plurim: martyrum „ ad Matutinum.

Feria IV. infra Octavam Paschæ.

Ante Antiphonam ad Benedictus hæc Rubr: „ Prædictæ Antiphonæ, Cap: et V. 2. Noct. „ dicuntur usque ad Dom: in Albis.

In Octava Ascensionis.

In I. Nocturno. Absolutio. Exaudi Dñe IESU ℣. Benedictio. Benedictione perpetua ℣.

Ex Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio I. Unigenitus Dei filius.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate, sollíciti servâre unitátem spiritûs in vinculo pacis. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

℟. Post passionem suam per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei alleluia: * Et videntibus illis elevatus est, alleluia: et nu-

bes Suscepit eum ab oculis eorum alleluia. ℣. Et convescens præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. Et videntibus. Bened: Unigenitus Dei Filius ℣.

Lectio II.

Unicuique autem nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.

℟. Omnis pulchritudo Domini exaltata est super sidera: * Species eius,

in nubibus cœli, et nomen eius in æternum pérmanet, alleluia. ℣. A summo cœlo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius. Species. Benedict: Spiritûs Sancti gratia,

Lectio III.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ad consumationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi; ut iam non simus parvuli fluctuantes, et

circumferamur omni vento doctri-
næ in nequitia hominum, in astutia
ad circumventionem erroris.

℟. Exaltare Domine alleluia;
℣. In virtute tua alleluia. ℣. Ele-
vata est magnificentia tua super
cœlos Deus. ℣. In virtute.

Benedictio. In unitate Sancti Spiritus ℣.

Lectio IV.

Veritatem autem facientes in cha-
ritate crescamus in illo per omnia;
qui est caput Christus; ex quo totū
corpus compactum et connexū per
omnem iuncturam submin̄istrationis, secundùm operationem in men-
suram uniuscuiusque membri, aug-
mentum corporis facit in ædifica-

tionem sui in charitate. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut iam non ambuletis, sicut et Gentes ambulant in vanitate sensûs sui, tenebris obscuratum habentes intellectũ: alienati à via Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis.

℟. Non relinquam vos orphanos, alleluia: vado, et venio ad vos alleluia.

* Et gaudebit cor vestrum alleluia alleluia. ℣. In illo die vos cognoscetis, quia ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. * Et gaudebit. Gloria Patri. Et gaudebit.

Lectiones II. et III. Nocturni ut in Veteri Breviario.

Feria Sexta
post Octav: Ascensionis.

Lectio I.
Incipit Epistola secunda Beati Ioannis Apostoli.

Senior Electæ dominæ, et natis eius, quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes, qui cognoverunt veritatem propter

veritatem, quæ pérmanet in nobis, et nobiſcum erit in æternum. Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, et à Chriſto IESU Filio Patris, in veritate et charitate. ℣ Gaviſus ſum valde, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, ſicut mandatum accepimus à Patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum novum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Et hæc est charitas, ut ambulemus ſecundùm mandata eius.

hoc alterum ſuſ. { Si hodie celebretur feſtum 12. lect: tunc præcedens lectio ad appoſitum hoc ℣ ſignum dividitur in duas.

℟. Tempus est, ut revertar ad eum, qui misit me, dicit Dominus: nolite contristari, nec turbetur cor vestrū: * Rogo pro vobis Patrem, ut ipse vos custodiat alleluia alleluia. ℣. Nisi ego abiero Paraclitus non veniet: cùm assumptus fuero, mittam vobis eum. * Rogo.

Lectio II.

Incipit Epistola tertia beati Ioannis Apostoli.

Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate. Charissime, de omnibus orationem facio te prósperè ingredi, et valere, sicut prospere agit anima tua. Gavisus sum valde venientibus fratribus, et testimonium

perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.

℟. Non turbetur cor vestrum: ego vado ad Patrem: et cùm assumptus fuero à vobis, mittam vobis, alleluia: * Spiritum veritatis, et gaudebit cor vestrum, allelwia. ℣. Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitū dabit vobis. *Spiritum.

Lectio III.

Incipit Epistola catholica beati Iudæ Apostoli.

Iudas IESU Christi servus, frater autem Iacobi, his, qui sunt in Deo Patre dilectis, et Christo IESU con-

servatis, et vocatis. Misericordia vobis, et pax, et charitas adimplea-tur. Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necessè habui scribere vobis: déprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subintroie-runt enim quidam homines (: qui o-lim præscripti sunt in hoc iudicium:) impii, Dei nostri gratiam transfe-rentes in luxuriam, et solum Domi-natorem, et Dominum nostum IESŪ Christum negantes.

℟. Si enim non abiero, Paraclitꝰ non veniet ad vos: si autem abiero, mittā eum ad vos: * Cùm autem venerit ille, docebit vos omnem veritatem. alleluia. ℣. Non enim loquetur à se-

metipso: sed quæcunque audiet loquetur: et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. * Cùm autem. ℣. Gloria. * Cùm autem. Reliqua ut in Vet. Brev.

hoc omittit prop. Ebermunstranc.

„ Hodie ad Nonam cessant officia Sanc-
„ torum de diebus infra Octavam: Officiũ
„ verò diei Octavæ cessat ad Completoriũ.
„ Et si hodie occurrat festum 1. vel 2.
„ classis, in secundis Vesperis tantùm fit
„ Comemoratio eiusdem feriæ pro vigilia
„ Pentecostes.

Pars Æstivalis.

Dominica infra Oct: Corp: Christi.

hoc vel sibi prop. Ebermunstranc.

Post Nonam lect: hæc ponitur Rubrica:
„ Vel ℟. ult: Homo quidam ℣ si de
„ hodierna Dominica tantùm dicitur 12.
„ lectio. Item: In hac Dominica non dicitur 12. lectio de simplici.

Sabbato Ante Dom: 1. Augusti.

Rubrica alia quàm in Vet: Breviario, quæ sic sonat: „ Dominica I. mensis seq: est, „ quæ occurrit die antepenultima, vel a- „ lia sequente Mensis præc: usque ad diē „ V. mensis seq: inclusivè. Occurrente „ ergo Dom: I. mensis, ponuntur Añæ, „ Lect. et R̃R̃. ipsius, omissis aliis, quæ „ fortè ex præced: mense supersunt.

Pars Autumnalis.

Sabbato
Ante Dom: V. Octobr:

Rubrica: „ Lectiones huius Dominicæ V. „ impeditæ leguntur prima die non ha- „ bente lectiones de cōmuni assignatas; „ vel si October habeat quatuor tantùm „ Dominicas, legendæ sunt feriâ V. vel VI. „ aut Sabbato præcedentis hebd: Ita „ S. R. C. 5. Maii 1736.

Dominica I. Novembr:

In hac Dominica ~~post Responsoria tertii~~ ℣ Rubricis, ~~Nocl~~: (: omnibus alüs ℣ quæ in Vet: Brevc. ℣ post 12.um Responsoriū hac Dominica ℣ notantur, omissis:) ponitur hæc Rubrica tantùm: „ Sequentes lectiones de Scriptura currentes leguntur in festis duplicibus minoribus, et „ Semidupl: non habentibus lectiones proprias, vel de Cōmuni assignatas.

Feria Secunda
Infra Hebdom: I. Novemb:

Post tertium Responsorium huius feriæ ponitur hæc Rubrica: „ Responsoria huiusferiæ secundæ repetuntur in alüs feriis secundis usque ad Adventum. „ Idem observandum in fer: III. et IV.

PROPRIUM SANCTORUM.

Januarius.

Die 2. Januarii In Octava S. Stephani

In II. Vesp: dicitur Ry. br. Constitues eos, ut in I. Vesp: de Comuni Apost.

Dominica II. post Epiphan:

Hac Dominica celebratur festum SS. Nominis IESU, quod in Veteri Breviario Parte Hyem: habetur f: CCXXXV. Sed in I. Nocturno Prima Antiphona dicitur sequens: Ana: Dne Dng noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Rubrica: „ Quando hoc festum (quod est dupl: 2. Clas:) occurrit in Dominica Septuagesimæ, Psalmus deinde primus incipitur à 2.do versu, nimirum: Quoniam elevata est magnificentia tua: p.

„ transfertur in diem 28. Januarii.

„ De Officio autem Dominicæ II. post Epiph: „ anticipativè fit, prout notatum est in Rubrica ante Dom: I. post Epiph:

„ Post Orationem festi fit comm: Dominicæ II. „ post Epiph: in utrisq; Vesp: et Laud: cum iz. lect: de ead: Hi.

Die IIIIto Januarij Vide pag. 439.

Die 14. Januarii.

S. Petri Urséoli Conf. dup.

Omnia de Comuni Conf: non P. præter Sequentia:

In Hymno Iste Confessor, dicitur: Meruit supremos,

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Venetorū Ducem cœlesti Regno terrenum postponere docuisti: da nobis, quæsumus, eius intercessione et exemplo terrena despicere; atque æterna sectari. Per Dominum.

Pro Comm: S. Felicis Presb: et Mart:

Oratio.

Concede quæsumus, omnipotens Deus; ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorū exempla nos provocent: quatenus quorum solemnia colimus, etiam actus imitemur. Per Dnum.

In I. Nocturno.

Absolutio: Ipsig pietas,
Benedictio: Deus Pater omnipotens,

Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno

Lectio V.

Petrus cognomento Urseolus, primaria ex Ursonum gente in Rivoalto apud

Venetos ortus, Christianis virtutibq
claruit; quarum fama anno Chris-
ti Domini septuagesimo sexto supra
nongentesimum Petro Candiáno quar-
to, una omnium voce, invitus tamen
suffectus est. Ad summum fastigium
evectus publicam administrationem
à piis operibus auspicari voluit; ete-
nim Sancti Marci Evangelistæ ædem,
quæ unà cum Prætorio sub decessore
conflagraverat, de suo instauravit.
Domi verò partâ foríſque gloriâ,
rempublicam singulari sapientiâ ge-
rens, omnia ad religionem, cōmunémq;
utilitatem referebat. Quin etiam ex
Felicia coniuge suscepta Prole, pari-
bus cum ea votis perpetuam Deo cas-

titatem dicavit. Pium Ducis propositu divinitùs auxit Venetias appulsus beati Marci Evangelistæ exuvias veneraturus Guarinus Abbas cœnobii Sancti Michaëlis Ordinis Sancti Benedicti Cuxáni in comitatu Ruscinonensi; Ducem namque pietati assiduè vacantem coram miratus, ac de gloria æterna cum eo collocutus, auctor ei fuit, ut si perfectior esse vellet, mundum relinquens Deo in Monasterio servire festinaret.

℟. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Iustum deduxit Dnus per vias rectas, et os-

tendit illi regnum Dei. *Et dedit.

Benedict: Christus perpetuo p.

Lectio VI.

Spatiô ad res suas componendas acceptô, Guarinum, quem animæ suæ lucratorem vocabat, infra certum tempus ad se reversurum dimittit, qui negotiis suis absolutis, Venetias ad Ducem iterum se contulit. Post alterum itaque annum in Ducatu completum, præter Guarinum, sancto Romualdo, et Marino, qui vitam solitariam in illis partibus agebant, nec non Ioanne Maurocéno genero suo, atque Ioanne Gradonico simul comitantibus, Patriâ, et domo relictis discessit; ipsóque Agasónem simulante, ne ab exploratoribus agnosceretur Veronâ, mediáque Longobardiâ om-

nes elapsi, in Galliam deducti sunt.

℟. Amavit eum Dominus et ornavit eum, stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eum. * Et ad portas. Bened. Ignem sui amoris.

Lectio VII.

Monasterio Cuxáni se proximum sentiens, nudis pedibus reliquum iter confecit; ibi omnium admiratione susceptus monasticæ disciplinæ Professionem cum Gradonico, et Mauricéno inter Novitios amplexus vilia quæque munia obire cœpit, biennicque evoluto factus est Sacrorum ædituus, et Custos. Arctioris exinde solitudinis desiderio ductus, cellu-

lam, quæ vix sedendo, et iacendo sufficeret, non longè à Monasterio sibi ædificari obtinuit: ubi in ieiuniis, oratione, et labore manuum sanctius se exercere consuevit.

℟. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam, * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. ℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia Regna. * Quia te.

Benedictio. A cunctis vitiis et peccatis p.

Lectio VIII.

A Petro filio visitatus, Ducatū ei, quem ipso superstite consecutus

est, ac fausta vaticinatus, monitū addidit, ne unquam à iustitia deflecteret, sanctísque Christi Ecclesiis sua jura servaret. Tandem cùm annos undeviginti eximia pietate, continuóque pœnitentiæ studio in monachatu transegisset, ætatis sexagesimo nono Deo revelante, proximæ suæ dormitionis præscius, die decima Ianuarii Anno reparatæ salutis nongentesimo nonagesimo septimo in cinere, et cilicio iacens, pace sodalibus tributâ inter illorum amplexus migravit ad Dominum, cœlestem eius gloriam

variis prodigiis postea contestantibus. Corpus in Ecclesia Monasterii servatum in Ara ad eius honorem dicata, piâ populorum frequentiâ colitur. Sanctitate hinc ritè probata, Clemens duodecimus Pontifex Maximus festum decimo nono Kalendas februarias celebrari concessit; paulóque post Crus dexterum Venetiis solemni supplicatione totius reipublicæ in sui Principis venerationem effusæ, in ædem Sancti Marci translatum est.

℟. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

℣. Vitam petüt à te, et tribuisti ei Domine. * Et voluntate. Gloria Patri. * Et voluntate.

In III. Noct.

Homil: S. Hieronymi in Evangel: Ecce nos reliquimus. de Comuni abbatum.

Lectio 12. pro S. Felice ut in Vet. Brev: die 14. janu:

Die 15. Ianuarii.

In festo S. Mauri Abb: 2. Cl.

Omnia ut in Vet Brev: notantur.

In III. Nocturno: Homil: in Evangel. Math: Domine si tu es. in Vet: Br: fol: CCXIX.

Die 18. Ianuar: vide pag. 393.

Vide pag. 393.

In Festo Cathedræ S. Petri Romæ. Dup.

Omnia ut in Vet: Brev: excepto Pk. br.

~~quæ~~ in i. Vesperis, quod est. Elegit eum Dnus, ~~ut in i. Vesp. Conf: Pont.~~ In II. Vesp: V. ut in i. Vesp: Tuks Petras.

Die 19. Ianuarii
In festo S. Agathonis Pap. et Conf: Dupl:

In Hymno: Meruit supremos.

Oratio.

Pateant aures misericordiæ tuæ Domine precibus supplicantium: et continuis tribulationibus laborantes, intercedente beato Agathone Confessore tuo, atque Pontifice, propitius respirare concede. Per Dominum.

Ablolutio: Ipsius pietas.
Benedic: Deus Pater omnipotens.

In II. Noct: Lect: V.

Agatho natione Siculus sub Parentum cura probè excultus, eum pietatis fructum tulit, ut illis mortuis

statim congestas in unum locum facultates die uno pauperibus distribuerit. Deinde sancti Patris Benedicti institutum Panormi in Monasterio sancti Hermetis amplexus, totum se divino cultui dedit. In eo intér diu, ac noctu animo semper intento cœlestia meditabatur, et Dei munere tot edidit miracula, ut Thavmaturgi nomen acceperit. Defuncto Dono Romano Pontifice cunctis suffragiis ei suffectus est Agatho, qui ob summam humanitatem, eximiū animi candórem, singularémq; morum suavitatem, et comitatē, atq; alias naturæ, et gratiæ dotes ita comparatus erat, ut ad supremam illam dignitatem gerendam natus,

seu factus esse videretur.

℟. Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. * Manus.

Benedic: Chrus perpetuæ

Lectio VI.

Acceptis à Constantino Pogonáto litteris ad Donum prædecessorem scriptis pro convocando concilio Œcumenico ad diuturnum schisma tollendum, et definiendas fidei controversias, provinciales synodos in Occidente haberi curavit, in quibus Monothelitarum causa discuteretur, et damnarentur errores. Postea Legatos suos, et Concilii Romani misit Constantinópolim cum binis literis

ad Imperatorem, in quibus prædictâ hæresi, doctè, fusè, ac solidè refutatâ damnatisque primariis illius sectatoribus, Sergio scilicet, Cyro, Paulo, Pyrrho, Petro, et aliis, antecessores suos Romanos Pontifices ab omni erroris labe immunes hucusq; fuisse expressis verbis declaravit.

℟. Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Manus enim. Bened. Ignem sui amoris ℣.

Lect. VII.

Agathónis igitur auctoritate sexta Synodus generalis congregata est, in qua iidem errores, iidemque errantes damnati fuerunt, eiusque sy-

nodica Epistola, ceu ex ore Sancti Petri prolata, suscepta est à Patribꝰ. Ortâ in Britannica Ecclesia dissensione, cum ob alias causas, tum Wilfridi Eboracensis ~~Episcopi~~ Archiepiscopi factam contra Canones depositionem, Ioannem Abbatem Sancti Martini misit in Britanniam, ut Ecclesiæ illius negotia componeret, et Wilfridum à sede Apostolica suæ dignitati restitutum iuvaret. Tantæ quoque mansuetudinis, et humanitatis fuit, ut neminem à se unquā tristem dimiserit: tantáque præterea sanctitate effulsit, ut leprosum óbviàm factum osculo suo statim liberaverit.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis

terra doctrinâ eius repleta est:* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. *Ipse. Benedictio: A cunctis vitiis.

Lect: VIII.

Ea tempestate urbem Romanam ádeò pernicioſa, et gravis adorta est pestis, ut loca undique repleta cadaveribus vix ſuppeterent. Adhæc nocturna prodigia terruerant; nam multi cacodæmonem venábulo domorum ostia ferientem ſe animadvertiſse affirmarunt, et quot ille ictibûs cuiuſque domûs ostium percuſsiſset, tot ex illa homines poſtridie periiſse. His calamitatibus modus, divinâ ope implorata, appoſitę

fuit; nam cœlesti oraculo proditum est, pestilentiam non ante extinguendam, quàm in æde sancti Petri ad vincula ara inclyto Christi Martyri et Ecclesiæ defensori sancto Sebastiano erigeretur. Unde ab Agathone oraculi iussu impleto, subitò morbus elanguit. Hinc factum: ut, qui in eum morbum inciderent, Martyrem ipsum in vota vocarent, atque præsentissimam eius opem sæpissimè in toto orbe experirentur. Demum Sanctissimus Pontifex virtutibus et meritis cumulatus migravit in cœlum nonagenario maior, quarto jd9 Januarii, anno salutis sexcentésimo, octogesimo secundo, cum annîs duobûs, et sex mensibus sedisset.

℟. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et de-

dit illi scientiam Sanctorum: * Honestavit illum in laboribus suis. ℣. Custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum. * Honestavit illū. Gloria. * Honestavit.

In III. Noct: Homo peregrè. Lectio 12. de SS. Mario ℘ ut in Vet: Brev: [illegible]

Die 21. Ianuarii.

In festo S. Meinradi Mart: duplex.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus; ut qui beati Meinradi Martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur: Per Dominum.

Lectiones primi Noct: de Scriptura occurr.

In II. Noct: Lect: V.

Absolut: Ipsius pietas et misericℓ

Bened: Deus Pater omnipotens ℘.

Meinradus, ex nobili genere in Ale=

mannia natus ab ineunte ætate humanis, diviniſque literis inſtructus, Chriſtianis virtutibus adeò profecit, ut quintum et viceſimum annum agens ad ſacrum Diaconatûs ordinem, nec multò poſt ad Sacerdotü dignitatem provehi mereretur. Mox ſancti Benedicti habitu indutus, monaſticæ diſciplinæ ſe totum addixit. Divini famulatûs, ac religioſi inſtituti ſtudio magis magiſque flagrans, aſſiduis ieiuniis, non intermiſſis orationibus, crebris vigiliis, cæteriſque corporis afflictationibus ſub levi, ac ſuavi obedientiæ iugo ſe exercens, ſodales ad perfectæ vitæ rationem ſervandam ſuo exemplo inflammabat.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus et cuſtodivit eum ab inimicis, et à ſe-

ductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Descendit que cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit eum. * Et dedit.

Lect: VI. Bened: Chrus perpetuæ

Verùm rigidiórem vivendi formā sectari cupiens, qua liberiùs uni Deo vacaret, in Eremum secessit, ibique annis septem victu quidem asperam, sed iucundam divinarum rerum contemplatione vitam duxit. Hominum autem, ob sanctitatis famam ad se venientium frequentiam effugere adactus, aliámque sibi sedem quærens, planitiem quamdam inter montes incultam, accessúque difficilem reperit: ubi parvâ exstructâ casâ, quod reliquum erat ætatis in paupertate, et asperitate summa peregit, tantùm meditationibus deditus. Hoc autem iugi pie-

tatis officio armatus, facilè elusit graves dæmonum oppugnationes, quorum conatus, cœlesti fultus ope, nunquam deinceps sensit infestos.

℟. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. * Et voluntate. Bened: Ignem sui amoris p

Lect: VII.

Sex igitur et viginti annis in erémo sanctè transactis, homines quidam scelesti, diabolo impellente, de ipso interficiendo cogitant. De quo vir Sanctus divínitùs edoctus, ad Martyrii palmam religiosè se præparat: sacróque Missæ Sacrificio peracto, et ardentissimis inde fusis ad Deum precibus, crudelibus ministris obviàm

serenâ fronte occurrit. Mox ab iis circum suras sævissimè cæsus; tum eius capite graviter fuste percusso, emittens spiritum immortalitatis coronam adepta est. ℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. ℣. Cibavit illum Dominus pane vitæ et intellectus: et aquâ sapientiæ salutaris potavit illum. * Et coronam. Bened: A cunctis vitiis, et

Lect: VIII.

Quàm grata autem Deo fuerit hæc victima, nonnulla miracula comprobarunt. Cereus enim, ut fertur, ad eius caput ardens mirificè apparuit; ac locus, in quo corpus iacebat, suavissimo odore completus est, impiæ cædis auctoribus propè diem vivis igne combustis. Porrò corpus Sancti Meinradi ad cœnobium, in quo mo-

nasticam vitam professus fuerat, delatū, ibidem honorifico sepulchro conditū est. Aliquot verò post annis nobile Monasterium in Martyrii loco erectum fuit, quod hodieque ínclytam Martyris memoriam retinens, ædiculâ Virginis Deiparæ, divínitùs consecratâ multis, magnisque miraculis universo terrarum orbi venerabili nobilitatur.

℟. Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso: * Vitam petiit à te, et tribuisti ei in seculum sæculi. ℣. Desiderium animæ eius tribuisti ei, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. * Vitam petiit. Gloria. * Vitam.

In III. Noct: Si quis vult post me venire. in Vet: Br: f: xliii.

Die 25. Ianuarii

In Conversione S. Pauli omnia ut in Vet: Brev: excepta hac Rubrica: „ Si hoc festum

„ Conversionis S. Pauli venerit in Domini-
„ ca Sexagesimæ, Oratio Dominicæ in
„ Comemoratione facienda ad utrasque Ves-
„ peras et Laudes non mutatur, licèt in
„ ea nominetur antonomasticè S. Paulus.

NB. Hæc Rubrica intelligenda est de locis in quibus præfictum festum celebratur subritu i. Classis.

Die 30. Ianuar:

In Festo S. Adelelmi Abb. dupl:

NB. Hoc festum deest in Brev: min: ideoq; etm extra-hendum.

In Veteri Brev: f: CCIV. Omnia ut ibi, exceptis lectionibus i. Noct: quæ in Novo Brev: assignantur: Iustus si morte p de Comuni Conf: non Pont:

FEBRUARIUS.

Die 3. Februar:

S. Blasii Ep: et Mart. dup.

Oratio ut in Vet: Brev: In I. Noct. Lect: de Scriptura occurrente.

℣ absolut: Ipsig pietas. Bened: Deus Pater omnipotens.

In II. Noct: ℣ Lect: V.

Blasius Cáppadox, nobili genere ortus, sebaste in Cappadocia ex medico Episcopus creatus est, ut corporum curationi animorum cura succederet. Huic muneri cùm sedulam, ac piam operā navaret, dira tempestas adversùs Christianos à Licinio Tyranno excitata fuit. Blasius divino instinctu, Christi consilio, et exemplo in montē Argæum se recepit, ac sese in speluncā abdidit, in qua rerum divinarū contemplationi vacans, ab ipsis feris nativæ feritatis oblitis, quotidianum victum accepit, et multis obsequiis cultus est. ℟. Honestum ℣ supra f. 37.

Lect: VI. Bened: Christus perpetuæ ℣.

Ibi tamdiu latuit, dum ab Agricolai

Præsidis militibus casu deprehensus, inde abstractus, et ad Præsidem ductꝰ, illius iussu in vincula coniectus est. Sed vinctus ipse multos, quos eius sanctimoniæ fama acciverat, à diversorum morborum vinculis liberavit.

℟. Desiderium animæ. f. 39.

Bened: Ignem sui amoris &c.

Lect: VII.

In his puer fuit, qui desperata à medicis salute transversâ spinâ faucibꝰ inhærente, animam agebat. Illustris sanè tum corporum, tum animorum medicus, non humanâ, sed divinâ arte, non paratis à natura remediis, sed Christi gratiâ comparatis, ægros pristinæ saluti restituit, omni fere miraculorum genere conspicuus; nam Christi super aquas ambulantis, et

Eliæ Sareptánæ viduæ annonam multiplicantis miracula renovavit.

℟. Stola iucunditatis ℣. f: 40.

Zened: A cunctis vitiis ℣.

Lect: VIII.

Atrociſsimis tormentis crudeliſsimi Præſidis iuſsu cruciatus fuit. Duris verberibus cæſus, tortus in equuleo, pectinibus ferreis dilaniatus, candenti loricâ indutus, aliiſque exquiſitiſsimis ſuppliciis affectus eſt. Sed eius fides probari quidem potuit, non tamen vinci. Dilacerato corpore infractus animus reſtitit. Tandem victo tyranno, capite plexus illuſtre fidei teſtimonium Eccleſiæ reliquit tertio nonas februarii, anno Chriſti trecenteſimo decimo ſexto.

℟. Poſuiſti Domine ℣. f: 41.

In III. Noct: Homil: in Evang: ~~Homo~~ ~~peregrè~~ Siquis vult. de Comuni unius Mart.

Die 4. Februar.

S. Andreæ Corsini dup.

In Hymno: Meruit supremos. Reliqua omnia ut in Vet: Brev:

Die 6. Februar:

S. Odilonis Abb. dup.

Omnia de Comm: Conf: non Pont. In Hymno: Meruit supremos. Orat: Intercessio. ℣

℣ ablolutio: Ipsius pietas ℟ Benedictio: Deus Pater omnipotens ℟.

In II. Noct: Lect: V.

Odilo in Alvérnia ex equestri familia genus duxit, quod insigni morum sanctimoniâ, et sublimium virtutum exercitatione reddidit illustrius. Adultâ vix ætate clericorum Ordini nomen dedit: mox ad maiorem spirita-

lis vitæ perfectionem adspirans, sancti Maioli disciplinæ se totum addixit. Quo magistro tantùm profecit, ut spretis mundi divitiis, et sæculi voluptatibus Monachorum Cluniacensium cœtui adscribi curaverit.

℟. Honestum fecit ℣ f: 22. Bened: Chrus perpetuæ ℣

Lect: VI.

Quum vix quatuor inter eos sanctissimè expleviset annos, à sancto Maiolo morti proximo successor in monasterii ~~cursum~~ Præfecturam deligitur: in quo munere religiosæ disciplinæ studio, prudentiâ, orationum assiduitate, ieiuniorum frequentiâ cæterisque carnis afflictationibꝫ, quibus corpus in servitutem redigebat, monasticæ perfectionis exemplar

universis se præbuit. Singulis diebus Sacratissimum Missæ Sacrificium cum lacrymarum copia Deo Patri offerebat. Primus commemoratione Christi fidelium mortuorum post diem festum omnium Sanctorum in suis Monasteriis fieri præcepit: quem postea ritum universalis Ecclesia recipiens comprobavit.

℟. Amavit eum &c. f: 24.

Bened: Ignem sui amoris

Lectio VII.

Omnibus omnia factus gratum se universis exhibebat: eáque fuit in pauperes misericordia, ut nihil sibi, ac sæpe etiam Monasterio, cui præerat, relinqueret. Præsertim, dum fames valida fines Aquitaniæ vehementer afflige-ret, ac plurimas Galliarum provincias vastaret, erogatis in egenorum usus the-

Sauris, horreis etiam frumento exhaustis, plurima Sacrarii vasa confregit. Mox pretiosa Ecclesiæ ornamenta disstaxit, et coronæ, quam sibi Imperator Henricus ob sui memoriam destinaverat, non pepercit.

℟. Iste homo. ℣. f. 25. Bened: A cunctis vitiis.

Lect: VIII.

Divinarum rerum contemplationi addictus, monasticæ disciplinæ, ac propagandæ Divinæ gloriæ studiosissimus fuit. Nec unquam ædificandarum, sive reparandarum Ecclesiarum curam deposuit. Romam profectus, ut Apostolorum corpora venerareter, illam à Deo gratiam idéntidem postulavit, ut ante ipsorum sepulchrum efflaret animam. Sed in Gallias redire coactus,

cùm multos subinde labores pro Christo pertulisset, gravi tandem confectus senio, obitûs sui die fratribus prænuntiato, ac salutaribus Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, nocte, quæ Circumcisionis Dominicæ solemnia præcedebat, immaculatum spiritum Deo reddidit, virtutum meritis clarus, et miraculorum famâ in vita, et post mortem celebratus.

℟. Desiderium animæ ℣. f: 27.

In III. Noct: Ecce nos reliquimus.

Lect: 12. cum ℟. Veni sponsa Christi ℣ de S. Doróthea, ut in Vet: Brev: ¶

¶ In 2. Vesp: à Cap. de sequ: com. præc: Oratio: Deus qui nos Beati Odilonis Abbatis Annua ℣ ut in Communi Conf: non Pont.

Die 7. Febru:

S. Romualdi Abbatis dupl:

In I. Noct. Lect: de Script. Si verò venerit in Quadrag: Lect: dicuntur: Iust9 si morte.

Reliqua ut in Vet: Br:

Die 8. Februar:

S. Ioannis de Matha C. dup.

Oratio ut infra fol. 438.

In I. Noct: Lect: de Scriptura occurr:
Si verò venerit in Quadrag: erunt:
Beatus vir. ~~Quod servatur etiam in~~
~~aliis festis occurr: in Quadragesima~~.
Reliqua omnia ut in Vet: Brev:

Die 9. Febru:

S. Apolloniæ V. et M. dupl.

Omnia de Cōmuni Virg: et Martyrum
præter sequentia. Oratio ut in Vet. Br:
In I. Noct: Lect: de Scriptura occurr:
Si verò venerit in Quadrag: Lect: De
Virginibus ℣ 9 Absolutio Ipsius pietas ℣
Bened: Deus Pater omnip.

In II. Noct: Lect: V.

Apollonia Virgo Alexandrina sub
Decio Imperatore, cùm ingravescente
iam ætate ad idola sisteretur, ut eis

venerationem adhiberet, illis contemptis, IESUM Christum verum Deũ colendum esse prædicabat. Quámobrem omnes ei contusi sunt, et evulsi dentes: ac, nisi Christum detestata Deos coleret, ac censo rogo combusturos vivam minati sunt impii carnifices. Quibus illa, se quamvis mortem pro IESU Christi fide subituram respondit.

℟. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prosperè procede, et regna. * Et deducet te. Bened: Christus perpetua p

Lect: VI.

Itaque comprehensa, ut combureretur, cùm paulispar quasi deliberans, quid agendum esset, stetisset, ex illorum ma-

nibus delapsa, alacris in ignem sibi paratum maiori Spiritûs Sancti flammâ intus accensa, se iniecit. Unde brevi consumpto corpore, purissimus Spiritus in cœlum ad sempiternam martyrii coronam evolavit.

℟. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: * Propterea. Bened: Ignem sui amoris p

Lectio VII.

Sermo sancti Ioannis Chrysostomi.

Ego maximè commemorationes diligo Martyrum; diligo, et amplector: atque omnes quidem, sed tum præcipuè, cùm mulierum certamina proponuntur;

Quantò enim infirmiùs est vas, tantò illustrius est Trophæum, tantò insignior est victoria, non ob imbecillitatem sexûs athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur. Per mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telū erat: hoc illius nunc cædis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, et mortua est: ista mortua est, ne peccaret.

℟. Prudentes Virgines aptate vestras lampades: * Ecce Sponsus venit, exite obviam ei. ℣. Media autē nocte clamor factus est; ~~exite obviam ei~~ * Ecce. Bened: A cunctis vitiis, et p

Lect: VIII.

Illa tum fútilis promissi spe inflata, Dei leges violavit, hæc vitam præsentē con-

tempſit, ne fidem in ſuum benefactorem eiuráret. Quam igitur deinceps ſperare poterunt excuſationem viri, ſi molles ſint, et ignavi, quam verò veniam, cùm fortiter, ac viriliter ſe gerant mulieres, cùm adeò ſe generoſè ad certamina pietatis accingant? fuit illi corpus imbecillum, et obnoxius ſexus iniuriæ: verúmtamen omnium horum imbecillitatem adveniens gratia occultavit: nihil enim eſt, nihil planè potentius eſt eo, qui magno cum ſtudio Dei timorē habeat in mente defixum: ſed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis beſtias, quamvis aliud quidvis minentur hoſtes, omnia nullo negotio contemnit; quod útique Beata iſta fecit.

℟. Afferentur Regi Virgines poſt eam,

proximæ eius. * Afferentur tibi in lætitia et exultatione. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prosperè procede, et regna. * Afferentur.

In III. Noct: Homil: S. Augustini Ep: Disceptamus fratres, in Vet: Br: f: cxlvii.

M. Hæc homilia nihil hic in Br. min: hinc extrahenda.

Die 10. Febru:

S. Scholasticæ Virginis.

Dupl: 2. Class: cum Octava.

Omnia ut in Comuni Virg: et Veteri Brev., præter ea, quæ sequuntur:

In Utrisque Vesp:

℣. Quæ est ista, quæ ut nubes volat?
℟. Et quasi columba ad fenestras suas.

Ad Magnificat Antiphona.

Dedit mihi Dominus pennas sicut columbæ, volabo, et requiescam.

Oratio.

Deus, qui animam beatæ Virginis tuæ

Scholasticæ ad ostendendam innocentiæ suæ viam in columbæ specie cœlum penetrare fecisti: da nobis eius meritis, et precibus ita innocenter vivere; ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum. =Veni electa.

In I. Noct: Ry. i= et reliqua per ordinem ut in Communi Virginum per totam Octav.

In II. Noct: Ry. 7. Prudentes Virgines, Ry. 8. afferentur Regi.

In Laudibus.

℣. Ecce tu pulchra es amica mea.

℟. Ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

Ad Benedict. Antiph:

Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea: veni, et accipe coronam, quam tibi Dñus præparavit in æternum. Or. ut supra.

Hæ Antiphonæ, ℣. et Oratio in Vesperis et Laudibus dicuntur, quoties fit de S. Scholastica pro Mense. S. R. C. 2. Aprilis. 1718.

Ja 2. Vesp. fit com. I. Cluti: i 2 reun. ho ann. sanctiss. oratio Deus qui nos beate de corruptionis ... vel in Roma in ... festiv. I. Mart. ... in Hymno ...

Rubrica: Dies infra Octavam, si incidant in Quadrages: celebrentur sub eodem ritu cum duabus Lect: de Sermone per Oct: Tertia verò Lect: de Homil: feriæ cum com: feriæ in Vesp: et Laud:

Die jj. Februarii.

S. Pauli I.mi Eremitæ dup.

In Veteri Brev: 15. Ianuar:

In Hymno: Meruit supremos. In i. Noct. Lect: de Scriptura occurrente. Reliqua ut in Vet: Brev:

Die 12. Februarii

S. Agnetis V. et M. dupl:

In Veteri Brev: fuit 21. Ianuar: Omnia ut ibi.

Die 13. Februarii.

S. Gregorii II. Pap. et C. dupl.

In Hymno: Merait supremos.

Oratio.

Deus, qui beatum Gregorium Confessorē

tuum atque Pontificem fidei defensorē, et Apostolicæ sapientiæ, ac firmitatis exemplum in Ecclesia tua constituisti: largire nobis quæsumus; ut omnia adversa pro nominis tui gloria humili corde sustinentes, æternitatis gloriā consequamur. Per Dominum.

In I. Noct: Lect: de Scriptura. ℣ Absolutio: Ipsius pietas. Benedict: Deus Pater omn℈

In II. Noct: Lect: V.

Gregorius, huius nominis secundus, natione Romanus, parentibus Marcello et Honestâ, à pueritia Monachus Sancti Patris Benedicti factus, sanctitate, doctrinâ, facundiâ, constantiâ, ac studio pro fidei et Ecclesiæ rebus spectatissimꝰ fuit. Sub Sergii Pontificatu sacellarius, et Bibliothecarius Ecclesiæ Romanæ éxtitit. Deinde à Constantino Papa ad Diaconatûs Ordinem promotus, in eiusdem Pontificis comitatu profectus Constantinopolim, Iustiniano

Imperatori, de pluribus disciplinæ capitibus, occasione Trullanórum Cánonum quæstionem moventi pro sua eruditione fecit satis. Constantino post dierū quadraginta interregnum Gregorius mirabili totius cleri et populi concordia successit anno septingentesimo decimo quarto.

℟. Inveni David ℣. f. 31. Chrus perpetuæ ℣

Lectio VI.

Urbis mœnia contra Longobardorum excursiones aliqua ex parte renovavit. Cumánum castrum Romanæ Ecclesiæ à Longobardis ereptum, Ducis, populique Neapolitani auxilio recuperavit. Luitprandum Longobardorū Regem, Alpes Cóttias, quas Aripertus eius decessor Ecclesiæ Romanæ donaverat, repetentem, admonitione sua ad earum donationem confirmandam adduxit. Monasteria, et Basilicas plurimas

reparavit, ac Monachis in ùs constitutis divinum cultum stabilivit. Propriam domum post obitum Honestæ Matris in monasterium et Ecclesiam comutavit. Cœnobium sancti Pauli in via Ostiensi à fundamentis instauravit. Cassinense monasterium penè eversum, et in eo sancti Patris Benedicti Regulam propè intermortuam per sanctum Petronácem Abbatem restituit. Inundationem Tiberis, domos agrósque devastantem ac dissipantem, publicîs precibûs et Litaniis indictis compescuit.

℟. Posui adiutorium pſ. 32. Ignem sui amoris ℣.

Lectio VII.

De finibus Ecclesiæ dilatandis solicitus, Sanctum Corbinianum virum Apostolicum ad conversionem Gentium procu-

randam Episcopum ordinavit. Bonifacio Anglo Monacho sancti Patris Benedicti viro sanctissimo, ac deinceps Martyri credidit Apostolatum ad Gentes, eúmque Romam vocatum Episcopum consecravit. Ut omnes vigilantissimi Pastóris partes impléret, óptimis légibꝰ Ecclesiasticam disciplinam, et Christianorum mores instruxit. Geminam Sýnodum Romæ habuit, alteram adversùs illicita coniugia, alteram adversùs Iconoclastas. Leonem Isaurum Imperatorem sacrarum Imáginum destructorem gravissimis Epistolis dogmaticis à nefaria hæresi removere, omnique illum officiorum genere sibi demereri incassùm studuit. Anastasium Presbyterum Iconoclastam ab Imperatore in sedem Constan-

tinopolitanam, electo Sancto Germano, intrusum, anathemate confixit.

℟. Iste est, qui ante Deum p. f. 33. à cunctis vitiis p.

Lectio VIII.

Vitæ sanctissimi Pontificis pro fidei catholicæ conservatione iugiter excubantis sæpiùs per suos exarchos Duces, alioſque ministros insidiatus est Leo Isaurus. Sed pro Gregorii defensione piè fœderati Romani, et Longobardi ipsũ coniunctis viribus ab eorum dolis, insultibúsque incolumem servavêre. Ipse verò in orationibus, ieiunüs, eleëmosinis, publicisque supplicationibus potissimum præsidium collocabat. Cùm autem Imperator nullo prorsus remedio sanabilis esset, eum Gregorius diro anathemate perculit, et ne solemne tributum ipsi sólverent Occidentis incolæ,

néve Exarchus nova vectigalia exigeret, inito cum Francis fœdere vetuit. Rebus demum præclarè gestis, quibus maximis quibusque prædecessorum suorum æquiparatur, cœlū conscendit beatissimus Pontifex mense Februario, anno Christi septingentesimo trigesimo primo, cùm annos sédecim, menses Octo, et dies viginti sedisset.

℟. Iustum deduxit ℘ f: 35.

In III. Homil: Vigilate ℘ de Comuni.

Die 14. Febru.

S. Ildephonsi Ep. et C. dup.

In Vet: Brev: Parte Hyem: et Vernali f. CCII. omnia ut in Parte Vernali notantur, excepto io. ℟. quod est: Sint lumbi.

In Hymna dic: Meruit supremos. et in 1. Vesp. ad Magn: Sacerdos et Pontifex.

Die 15. Febru: Laurentii Ep: dup. in Vet: Brev: tam Maiori quam. min: 2. febr: oia ut ibi. in 3. Noct: Homilia Homo peregre.

Die 17. Februarii
Octava S. Scholasticæ dup.

Omnia ut in festo. Lect: 1. Noct: de script. currente. ℟. 1. in 1. Noct: Veni electa. Homil: de 10. Virg: quæ incipit: Intelligamus. Reliqua ut in Vet: Br:

℣ 18. Febru: Helladii E.C. dup. H. CCVIII. V. CCVII. Brev. min. H. 93. V. 91. Lect: 1. Noct. Fidelis sermo. 3. N. Vos estis sal. ℟. 10. In medio. L. 12. et com. Simeonis. E. m. ℟. Iste sanctus.

℣ Die 19. Febru: ~~Vide pag. 394~~

S. Hilarij Ep: et C. Sem. Vide pag. 394.

In Vet: Brev: ponitur 14. Ianu: Omnia ut ibi, exceptis Lect: 3tii Noct: quæ sic distribuuntur: 9na Lectio incipit ut ibi. 10ma incipit: Sal est in se uno p. 11ma Apostoli autem p et finitur his verbis: æternitati corpora reservantes. Reliqua proponuntur duodecimæ lectioni. ℟. 10 In medio.

NB. ~~Totus tertius Nocturnus ap~~ ~~habetur~~

Die 20. Febr.
S. Canuti Reg: et m: sem: ad libitū.

Si hoc festum occurrat in Dominica, vel in die infra Octavam, etiam particularem, omittitur, quia non potest transferri.

In I. Noct: Lect: de Script: occurrente. in Quadrag: verò Fratres debitores p. Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCXXV. omissa

Die 21. Febru:
S. Raymundi de Pennaf. C. Sem:
In Vet: Brev: 23. janu:

In I. Noct: Lect: de Script: occurrente. In Quadragesc: Beatus vir. Reliqua ut in Vet: Brev: in Hymno Meruit supremos.

22. feb. Cath. S. Petri Antioch. D. M. in Ebd. Vet. ut in calth. Rom. com. S. Clementis in Land. f. 22 v von S. Mauri et seq.

Die 23. Febru:
S. Martinæ V. et M. Semid:
In Vet: Br: 30. janu:

Post Hym. mat. Si festum S. Martinæ contingat transferri, tunc in I. Vesp: (: Si à Capit: fiat de eodem :) Et in Secundis (: Si non sequatur festum Semiduplex :) dicitur Hymnus:

Martinæ celebri ℣ usque ad: Non illam crucians ℣ quod omittitur usque ad: A nobis abigas ℣ quod assumitur et dicitur pro clausula ante stropham Non illam crucians.

Ad Matutinum verò incipitur: Non illam crucians ℣ cum reliquis usque ad finem. At si non transferatur, ad Matutinum dicitur totus Hymnus Vesperarū et Matutini coniunctus ℣ primâ clausula amissâ.

Lectio 12. de Vigil: S. Mathiæ Apost: ut in Comuni Apost: cum Rℒ. i. Dom: præc.

In Quadrag: nil fit de Vigil: nisi in Missa. Reliqua ut in Vet: Br:

Die 25. ~~Febru~~ vel 26. Februarÿ.

S. Walpurgis Virg: Dup:

Omnia de Comuni Unius Virg: præter hîc notata. Orat: Exaudi. In I. Noct: Lect: de Script: In Quadrag: De Virginibus. Absolut: Ipsius Bened: Deus Pater.

Lect: V.

Walpurgis, sancti Richardi Anglorum

Regis filia, ac sanctorum Wilebaldi, et Wunebaldi germana soror, ab ipsa prima ætate noxia seculi blandimenta fugiens, virginitatem suam IESU Christo dicavit. Mox inter regales, à quibus penè abhorruit, delitias magnæ sanctitatis specimen exhibuit, et sacræ Religionis hábitum sub Regula Sancti Benedicti suscipiens, qualis futura esset, præsignavit. Quare à sancto Bonifacio primo Archiepiscopo Moguntino unà cum alüs Deo devotis foeminis accersita est, ut religiosam disciplinam partim plantaret, partim conservaret, ac amplificaret; quod ipsa strenuè præstitit.

℟. Propter veritatem, p. f. 52.

Lect. VI.

Haydheimensi etiam cóndito recens Monasterio præfecta, tot sublimium exercitationum incrementa edidit, ut omnes, quod dignè mirarentur, et quod salubriter imitarentur haberent. Summa ei cum cæteris naturæ, et gratiæ dotibus inerat prudentia, ac singularis morum suavitas. Nulli deerat consilio: omnes iuvabat charitate. Et æmulans índies charismata meliora, verbo suo, et exemplo subditas Virgines ad coronam promissæ à Domino immortalitatis invitabat.

℟. Dilexisti iustitiam, f: 53.

Lect: VII.

Nullam sibi oblectationem indulgens

imbecille corpus crebris macerabat ieiuniis. Diebus noctes iungebat, orationi, ac rerum divinarum contemplationi semper intenta. Hinc inter regiminis curas non distracta, devotione sincera ministeriū suum divinis obtutibus offerebat Paternæ, ac fraternæ virtutis vera imitatrix facta, universis prudentum Virginum ornamentis continuè excelluit. Tandem meritîs plus, quàm annîs onusta, ad Agni nuptias, quarum desiderio unicè flagrabat, evocata, in pace quievit: ante et post obitum gloriâ miraculorū admirabilis. ℟. Prudentes Virg: ꝓf: 54.

Lect: VIII.

Haydenheimii sancta Virgo domiciliū, et sepulchrum habuit usque ad Odogérū

Episcopum Eystettensem, cuius operâ, accedente consensu Hadriani secundi, qui eam sanctarum Virginum Catalogo iussit adscribi, Cleri, ac populi acclamatione castissimæ Virginis reliquiæ Eystadium solemni pompâ, et omniū Órdinum accursu translatæ sunt ad locum, qui nunc à sancta Walpurge nomen habet; sic tamen, ut pars sacrarum reliquiarum monasterio Monheimensi caderet, rogatu Líobæ Abbatissæ. Eystadium id peculiare habet, quòd ex sacris beatæ Walpurgis ibídem reconditis ossibus limpidissimum óleum in subiectum argénteum vas miraculosè defluit, quod morbis gravibus medetur. ℟. Afferentur Regi p. f: 55.

Lect: 3. Noct: de 10. Virginibus.

Die 27. Febr.

S. Leandri Ep. C. et Doct: dup.

In i. Noct: Lect: de Script: occurrente: In Quadrag: verò: Sapientiam. Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCX. V. cciv. 63.

MARTIUS.

Die i. Martii.

S. Rudesindi Ep: et C. dup.

In i. Noct: Lect: Fidelis sermo, Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCXII. V. 97. V. CXVI. 66.

Die 2. Martii.

S. Suitberti Ep. et C. Dupl:

In i. Noct: Fidelis sermo. Reliqua ut in Vet: Brev: f: CCXIV. gen. V. CCXIII. 67.

Die 3. Martii.

S. Chunegundis Virg: dup.

In i. Noct: de script: In Quadrag: De Virginib. Reliqua ut in Vet. Brev: f: 584. In Vern. 515.

Die 5. Martii

S. Anſelmi Abbat: dup.

In Hymno dicitur: Meruit supremos laudis p.

Omnia de Comuni Abbatum præter ſequentia.

In I. Noct: Lect: Iustus si morte. Absolut: Ipsi q pietas p

In II. Noct: Lect: V. Bened: Deus Pater p

Anſelmus vir nobiliſsimus Aiſtulpho Longobardorum Regi Giſaltrudæ ſororis ſuæ viro coniunctus, Foroiulienſi Ducatu, et Regiæ militiæ Præfecturâ conſpicuus, poſt multa ſtrenuè in bello geſta, Deo deinceps militare inſtituit. Abiectis ergo ſeculi pompis ſub Regula Sancti Benedicti Monaſticam vitam amplexus, Fanani primùm in Æmiliæ finibus, aſsignato ſibi per Aiſtulphum ſolo, cœnobium ædificavit: ubi aſsumptis ſibi ſocïs eandem Regulam profitentibus, omni virtutum genere brevi reſplenduit. Humilitate potiſsimum excellere viſus eſt; nam cæteris quibusvis, etiam ſibi ſubditis abiectiorem ſe reputans, de virtutibus ſuis

Fratres eloqui minimè pati poterat: quinímò viliora quoque Monasterii munia obire gestiens, Dominicum illud frequenter ingeminabat: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Hospitalitate præterea, et mira in pauperes largitate insignis, plura Hospitia, ad egenos, peregrinósque suscipiendos, variis in locis exstruxit, multísque attributis è seculari suo patrimonio bonis, locupletavit; à quibus neminem, nisi impensis ei priùs omnibus charitatis officiis, discedere permittebat.

℟. Honestum fecit illum, ſ: 22.

Lect: VI.

Post hæc Nonántulæ suis ipse manibus Monachísque adlaborantibus perpurgato vepribus loco, insigne Monasterium à fundamentis erexit. At ad excipiendos de-

et fœminas, quæ ad Monasterium venire non póterant, Xenodochium álterum in via Æmília construxit, ac Divi Ambrosii nomine dedicavit. Romam religionis causa profecturus, Aistulpho Regi autor fuit, ut eandem secum peregrinationem susciperet. A Stephano sumo Pontifice assidentibus in Vaticana Basilica Episcopis honorificè exceptus, Rex amplum pro Monasterio Nonantuláno diplóma supra corpus Beati Petri veteri more obtulit, quod Stéphanus Apostolicâ auctoritate firmatum Anselmo tradidit, eúmque propriis ipse manibus Abbatem solemni ritu constituit: ac demum compluribus sanctorum Reliquiis sacris, et præsertim Beati Silvestri ossibus, unde posteà Monasterio nomen exstitit, donatum dimisit.

℟. Amavit eum Dominus, p. f. 24.

Lect. VII.

Nonántulam reversus fratribus suis monasticam disciplinam non tam Regularibꝰ præceptis, et institutis, cœlesti sapientiâ plenus, quàm assiduâ virtutum exercitatione, cunctis ipse prælúcens, egregiè trádere, ac promovére non destitit. Quapropter adeò sanctitatis eius fama percrebuit, quam et Deus ipse miraculis, non semel per eum editis, reddidit illustriorem: ut quam plurimi in dies, terrenîs omnibûs abdicatîs perfectioris vitæ desiderio illi sese instituendos committerent. Monachorum numerum ad centum, et amplius supra mille excrevisse compertũ est. Exceptis parvulis, et pullantibꝰ, capessendæ ibidem Regulari militiæ proludentibus: quibus etiam fovendis, atque regendis Anselmi charitas paterna non deerat.

℟. Iste homo perfecit omnia ℣. f: 25.

Lect: VIII.

Postremò vir Dei, cùm quinquaginta ferè annis ampliſsimo Monaſterio præfuiſſet, diſsolutionem ſui corporis imminere præſentiens, convocatis fratribus iam finis ſui diem adeſse nuntiavit, eoſdémq; lacrymantes paternè conſolatus, et ad susceptum perfectionis iter alacriter proſequendum, propoſita ſpe coronæ immarceſcibilis, adhortatus, conſuetos horæ tertiæ, atque inde ſextæ canónicæ Pſalmos in gaudio Spiritûs, et voce exultationis cánere aggreſsus eſt: quibus expletis, benedictione fratribus impertitâ, expanſis manibus, oculíſque in cœlum intentîs animam Deo réddidit feriâ ſextâ quinto Nonas Martii anno ſalutis octingenteſimo tertio.

Sancti viri corpus marmoreo libello à Monachis cónditum in Templi Nonantuláni summo altari collocatum adhuc populi frequentiâ cólitur, multique Eum in assequenda à Deo ex variis infirmitatibus sanitate propitium interceſsorem experti sunt. Nonantuláni verò ut peculiarem sibi adlectum Patronū agnoscunt, et venerantur.

℟. Desiderium animæ ℣. f: 27.

Lect: 3. Noct: Ecce nos reliquim̄g. i. loco.

Die 8. Martii.

S. Veremundi Abbat: dupl:

In i. Noct: Beatus vir. ~~Iustus ut palma~~ in Quadrages: Extra Quadrages: verò de script: In III. Noct. Hom: Ecce nos reliqu: ℣ Grandis fiducia ℣. Reliqua ut in Vet: Brev: in Part: Hyem: f: cclı.^to In Vernali f: CCXV.

Die ii. Mart:

S. Vincentii Mart: et Abb: dupl:

Omnia ut in Vet: Brev: in Part: Hyem: f: cclm. in Vern: f: ccxvii. Do In i. Vesp: et Laud: Com: S. Eulogii. ut ibi. ℣ in L. vinl. ffle sanly v. gloria.

10. mart
xlv. mm. semid
ut in Brev. Vesperale
fer. com. prodi. semid
et S. Eulogii in
ora. Dni Wil. vt supra
ut reliqua. omnia ly
in greche.

Die 12. Mart:

S. Gregorij Pap: et C. et Doct: dup. maig.

Reliqua omnia ut in Vet: Brev: ℣ 2. Vesp. com. S. Cum. et sin. non et seq.

Feria VI. Post Dom: Passion:

Festū Dolorū B.V.M. dup. maius.

Si hoc festum occurrat cum alio i. vel 2. classis, transfertur in sabbatum sequens non impeditum festo maioris classis et dignitatis, et non ultra.

Ad Complet: et Horas in fine Hym: dicitur: Gloria .. qui natus es. In II. Nocl: ℣. Facies mea ℣ ut ad Tertiam.

Benedictio ii. Cuius festum colimus.

Lectio 12. erit ex hodierna feria, nisi transferatur in sequentem diem, et ℟. erit: Multiplicati sunt ℣ quodest 2dus in i. Nocl: Dom: Passion: Hoc ℟. in hoc festo semper dicitur pro 12. lectione. Reliqua omnia ut in Vet: Br: in P. Vern: f: ccxlviii.

Martius.

Ramirus in Min: Brev: decst. hinc extrahendus.

Die 13. Mart:

SS. Ramiri et soc: MM. Dupl:

Omnia ut in Vet: Br: Part: Vernal: f: CCXIX.

Die 14. Mart:

S. Ioannis de Deo C. dupl.

Omnia de Com: Conf: non Pont: præter ea, quæ sequuntur. In Hymno: Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui beatum Ioannem tuo amore succensum, inter flammas innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclesiam tuã nova prole fœcundasti: præsta ipsius suffragantibus meritis; ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dnum.

In I. Noct:

Lect: Beatus vir &c. de Com: Conf: non Pont.

Absolutio Ipsius pietas &c. Benedictio: Deus Pater omnipotens &c.

In II. Noct: Lect: V.

Ioannes de Deo catholicis, piisque Parentibus in oppido montis Maioris junioris

Regni Lusitaniæ natus, quàm sublímiter in sortem Domini fuerit electus, insuetus splendor super eius domo refulgens, sonitúsque æris campani sua sponte emissus ab ipso eius nativitatis tempore non obscurè prænuntiârunt. À laxiori vivendi ratione divinâ operante virtute revocatus, magnæ sanctitatis exhibére specimen cœpit, et ob auditam prædicationem verbi Dei sic ad meliora se excitatum sensit, ut iam ab ipso sanctioris vitæ rudimento consumatū aliquid, perfectúmque visus sit attigisse. Bonis omnibus in pauperes carceribus inclusos erogatis, admirabilis pœnitentiæ, suique ipsius contemptus cuncto populo spectaculum factus, à plerisque ceu demens graviter afflictus

in carcerem amentibus destinatum coniicitur. At Ioannes cœlesti charitate magis incensus, gémino atque amplo valetudinario ex piorum eleëmosinis in civitate Granatensi exstructo, iactóque novi Ordinis fundamento Ecclesiam nova prole fœcundavit Fratrum hospitalitatis, infirmis præclaro animarum corporúmq; profectu inservientium, et longè latéque per orbem diffusorum.

℟. Honestum fecit, &c. f: 22.

Lect: VI.

Pauperibus ægrotis, quos propriis quandóque humeris domum deferebat, nullare ad animæ, corporisque salutē proficuâ deerat. Effusa quoque extra Nosocomium charitate indigentibus

muliéribus viduis, et præcipue Virginibus periclitantibus clam alimenta subministrabat, curámq; indefessā adhibebat, ut carnis concupiscentiam à proximis huiusmodi vitiis inquinatis exterminaret.

℟. Amavit eum Dominus pſ. 24.

Lect: VII.

Cùm autem maximum in Regio Granatensi Valetudinario excitatū fuisset incendium, Ioannes impavidus prosilüit in ignem, huc illuc discurrens quousque tum infirmos humeris exportatos, tum lectulos è fenestris proiectos ab igne vindicavit, ac per dimidiam horam inter flammas iam in immensum succrescentes versatus,

exinde divinitùs incolumis, universis civibus admirantibus, exivit; in schola charitatis édocens, segniorē in eum fuisse ignem, qui foris ussserat, quàm qui intus accenderat.

℟. Iste homo perfecit omnia ℣. 25.

Lectio VIII.

Multiplici asperitatum genere, demississimâ obedientiâ, extrema paupertate, orandi studio, rerum divinarum contemplatione, ac in Beatam Virginem pietate mirificè excelluit, et lacrymarum dono enituit. Denique gravi morbo correptus, omnibus Ecclesiæ Sacramentis ritè, sanctéque refectus, viribus licet destitutus, propriis indutus vestibus è lectulo surgens, ac provolutg in genua,

manu et corde Christum Dominum è cruce pendentem perstringens, octavo Idus Martii anno Millesimo, quingentesimo quinquagesimo obiit in ósculo Domini, quem etiam mortuus tenuit, nec dimisit; et in eádem corporis constitutione sex circiter horas, quousque inde dimotus fuisset, tota civitate inspectante, mirabiliter permansit, odorem mirè fragrantē diffundens. Quem ante et post obitū plurimis miraculis clarum Alexander Octavus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

℟. Desiderium animæ pſ: 27. ℣ Absolutio: A vinculis p

In III. Noct: Lect: IX. Benedictio: Evangelica lectio p

Lectio S. Evangelii secundū Mathæū.

In illo tempore accesserunt ad IESUM

Pharisæi: et interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans Eum: Magister, quod est mandatum magnũ in lege? Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homil: 72. in Math:

Sadducæis confusis, Pharisæi rursùs aggrediuntur: cumque quiescere oporteret, decertare voluerunt: et legis peritiam profitentem præmittunt, non discere, sed tentare cupientes: ac ita interrogant: Quodnam primum mandatum in lege sit? nam cùm primum illud sit: diliges Dominum Deum tuum, putantes, causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum, aliquid addendo, quoniam Deum se faciebat, hoc modo interrogant.

℟. Iste est qui ante Deum p. f. 243.

Lectio X.

Bened: Ille nos benedicat p.

Quid igitur Christus? ut ostendat, idcirco ad hæc eos devenisse, quia nulla in eis esset charitas, sed invidiæ livore tabescerent, diliges, inquit, Dominum Deum tuum: hoc primum et magnum mandatum est. Secundum autem simile huic: diliges proximum tuum sicut teipsum.

℟. Sint lumbi vestri p. f: 244.

Lect: XI.

Benedict: ~~Ille nos benedicat~~ Cujus Festum p. ~~dicat, qui &c.~~

Quámobrem simile est huic? quoniã illud inducit, et ab illo rursus munítur. Quicunque enim malè agit, odio habet lucem, et non venit ad lucem. Et rursùs: dixit insipiens in corde suo

non est Deus. Deinde sequitur: corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum: Radix omnium malorum avaritia est, quam quidam appetentes erraverunt à fide. Et qui diligit me, mandata mea servabit, quorum caput, et radix est: diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum sicut teipsum.

℣. Beatus vir p. t: 245.

Si hoc festum venerit in Quadragesima, 12. lectio legitur de Homil: fer: occurs: et de ea fit com: Bened: ~~Cuius~~ ad Societatē.

Lect: XII

Si ergo diligere Deum, diligere proximum est (: nam si diligis me ò Petre, inquit; pasce oves meas:) Si etiam dilectio proximi facit, ut mandata custodias, meritò ait: in his totam

legem et Prophetas pendére. Et quemadmodum in superioribus, cùm de resurrectione interrogaretur plus docuit, quàm tentantes petébant: Sic in hoc loco de primo interrogatus mandato secundum etiam non valdè quàm primum inferius, sponte attulit: Secundum enim primo est simile. Ita occultè insinuavit, odio illos ad quærendum incitari.

℟. O beati viri Ioannis p. f: 246.

Sequentia Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

In illo tempore, accesserunt ad IESŪ Pharisæi: et interrogavit Eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum maynū

in lege? ait illi IESUS: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primū mandatum: Secundum est simile huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, et Prophetæ. Congregatis autem Pharisæis interrogavit eos IESUS dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cuius filiq est? dicunt Ei: David: Ait illis: quomodo ergo David in spiritu vocat Eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat

eum Dominum, quomodo filius eius est? et nemo poterat ei respondere verbū; neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Missa: ~~Iustus ut palma~~ OS iusti: Miss: Rom: et S.R.C. 1736. de Com: Conf. non Pont: cum Evang: ut in Dominica 17. post Pentecost:

Die 17. Martii.

S. Gertrudis Virg: Semid:

Omnia de Cōmuni Virginum 1°. loco præter hîc notata. Orat: Exaudi.

Propr. Ebermunst. provid. Lect. 1. nat. S. Virginis V. Acta in originali.

In II. Noct: Lectio V.

℣. Absolutio: Ipsi℣ pietas
Bened: Deus Pater omnipotens ℣

Gertrudis Virgo, parentibus genere et pietate clarissimis orta, ab ineunte ætate virtuti studens, cùm Christum sponsum sibi delegisset, connubium filii Ducis Austrasiorum magna contentione oblatum constanter recusavit. Post Patris obitum

piam Matrem, quæ castæ Professionis velamen à sancto Amando Traiectensi Episcopo consecratum susceperat, imitata, in eodem cum ipsa Monasterio se, suáque omnia Deo dicavit: ubi Angélicis ditata virtutibus vivens, multas iniurias invictâ constantiâ toleravit.

℟. Propter veritatem, p. f: 52.

Lect: VI.

Eidem Monasterio Gertrudis perfectâ prudentiâ, charitate, cæterarúmque virtutum exercitatione mirifica, absolutæ religiosæ perfectionis exemplum se præbuit. Divinorum contemplatione addicta obscura sacræ scripturæ arcana perspicuè auditoribus aperiebat; cuius assidua lectione, et meditatione sororibus Virginibus non uno nomine profuit. Multas Hospitales domos, aliáque loca pia

condidit, in quibus egenis, aliísque miserœ conditionis hominibus victum, aliáque charitatis officia suis etiam manibus ministrabat.

℟. Dilexisti iustitiam, p. f. 53.

Lect. VII.

Eximiæ Virginis sanctimoniæ profundissima animi demissio respondebat, qua nihil avidiùs ac studiosiùs, quàm sui despectum atque contemptum inquirebat. Deus autem præclara Gertrudis merita orbi manifestans, ipsius opem in adversis implorantibus compluries benignè adstitit, et opportuna præstitit beneficia. Multi quoquè inter horridas tempestates, invocato illius præsidio, ab imminente naufragio divinitùs sunt liberati.

℟. Prudentes Virgines, p. f. 54.

Lect: VIII.

Denique morbo, vigiliis, aliisque corporis afflictationibus confecta, cum Deo monente mortem sibi imminére cognovisset, Virginem, quæ in Monasterii regimen succederet, delegit. Mox crebris suspiriis cœlestem Patriam anhelans, divinissimo Evchariſtiæ Sacramento reficitur. Tum fragranti odore, mira cuius suavitas adstantes universos complevit, in loco, ubi decumbebat, exorto, migravit ad Dominū Sextodecimo calendas Aprilis, miraculis etiam post óbitum gloriosa.

℟. Afferentur Regi ℣. f: 55.

Die 18. Martii.

S. Gabrielis Arch: dup: maig.

Omnia ut in Vet: Brev: P. Vern: f: cclxvi. præter hîc notata: In Missa Credo.

In I. Noct: tres ultimæ Antiphonæ dicuntur sequentes:

Antiph: 4ta Laudemus Dominū, quē laudant Angeli, quem Chérubim, et Séraphim Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamant.

Psalm: Cœli enarrant gloriam Dei:*

Antiph: 5ta Ascendit fumus arómatū in conspectu Domini, de manu Angeli.

Psalm: Domini est terra, et plenitudo eiꝰ:*

Antiph: 6ta Gloriosus apparuisti in conspectu Domini, propterea decorem induit te Dominus. Ps: Benedicam Dominum in omni tempore: *

Benedictio ii. Cuius festum colimus ꝑ.

Reliqua omnia ut in Vet: Brev: loco citato.

Die 19. Martii.

S. Iosephi sponsi B. Mariæ Virg.

Dup. 2. Classis.

Ad Vesperas

Antiph: Iacob autem genuit Ioseph virū

Mariæ, de qua natus est IESUS, qui vocatur Christus. Psalm: Dixit Dnūs. cum reliquis de Dominica.

Āna. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen Virginis Maria.

Āna. Cùm esset desponsata Mater IESU Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

Āna. Ioseph vir eius, cùm esset iustus, et nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

Capitulum. Prov: 28. et 27. Vir fidelis multum laudabitur. Et qui custos est Domini sui, glorificabitur.

℟: br: Invocavi Dominum * Patrē Domini mei. Invocavi. ℣. Ut non derelinquat me in die tribulationis. *

Patrem. Gloria Patri. Invocavi.

Hymnus.

Te Ioseph celebrent agmina cœlitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis iunctus es inclyto
Casto fœdere Virgini.
Almo cùm tumidam germine Cónjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flaminis Angelus
Conceptum Puerum docet.
Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas;
Amissum Sólymis quæris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.
Post mortem réliquos mors pia consecrat,
Palmámque emeritos gloria suscipit;
Tu vivens, Superis par, frueris Deo
Mira sorte beatior.

Nobis summa Trias parce precantibus,
Da Ioseph meritis sidera scandere:
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum.
Amen.

℣. Constituit eū Dominū domus suæ.
℟. Et principē omnis possessionis suæ.

Ad Magnif: Antiph:

Exurgens Ioseph à somno, fecit, sicut præcepit ei Angelus Domini, et accepit Coniugem suam.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine meritis adiuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet; eius nobis intercessione donetur. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritu Sancti Deus; per omnia Secula Sæc&.

Com̄em: S. Gabrielis Archang:

Ān̄a. Archangelus Gabriel ait ad Mariam: non erit impossibile apud Deum omne verbum; dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et discessit ab ea Angelus.

℣. In conspectu Angelorum psallā tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Oratio.

Deus qui inter cæteros Angelos ad annuntiandum Incarnationis tuæ mysterium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum eius celebramus in terris,

ipsius patrocinium sentiamus in cœlis. Qui vivis p. Et sit com: feriæ. in Laudes

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Christum Dei Filium, qui putari dignatus est Filius Ioseph: * Venite adoremus.

Ps: Venite exultemus.

Hymnus.

Cœlitum Ioseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columénq; mundi,
Quas tibi læti canimus, benignus
Suscipe laudes.

Te Sator rerum statuit pudicæ
Virginis sponsum, voluítque Verbi
Te Patrem dici, dedit et ministrum
Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo iacentem

Quem chorus Vatum cecinit futurū
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.

Rex Deus regum, Dominator orbis
Cuius ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis
Quæ tibi præbens superos honores
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

In I. Nocturno.

Ana. Ascendit Ioseph à Galilæa de civitate Nazareth in Iudæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem; ut profiteretur cum Maria.

Psalm: Beatus vir. ut in Comuni Conf.

Ana. Venerunt pastores festinantes: et invenerunt Mariam, et Ioseph, et

infantem positum in præsepio. Psalm. Quare fremuerunt gentes:*

Ana. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge, et accipe Puerum, et Matrem eius, et fuge in Ægyptum. Ps: Cum invocarem exaudivit me Deus iustitiæ meæ.

Ana. Consurgens Ioseph accepit Puerum et Matrem eius nocte, et secessit in Ægyptum: et erat ibi usque ad óbitum Herodis. Psal: Verba mea auribus percipe Domine:*

Ana: Defuncto Herode Angelus Dni apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: surge, et accipe Puerum, et Matrem eius, et vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri. Ps: Dne Dnus noster.

Ana. Accepit Ioseph Puerū, et Matrem eius: et venit in terram Israël.

Ps: In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: *

℣. Constituit eum Dominū domûs suæ.

℟. Et Principem omnis possessionis suæ.

Absolutio: Exaudi Dne IESU p

Lectio I. Benedictio: Benedictione perpetua p

De libro Geneſis. Cap. 39.

Ioseph igitur ductus est in Ægyptum, emítque eum Pútiphar Eunúchus Pharaónis, Princeps exércitûs, vir Ægyptius de manu Ismaëlitarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cū eo, et erat vir in cunctis prosperè agens: habitavitque in domo Domini sui, qui optimè noverat, Dominum esse cum eo, et omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

℟. Fuit Dominus cum Ioseph, et dedit

ei gratiam in conspectu Principis cárceris: * Qui tradidit in manu illius universos vinctos. ℣. Quidquid fiebat, sub ipso erat: Dominus enim erat cum illo, et omnia opera eius dirigebat. * Qui.

Unigenitus Dei Filius

Lect. II.

Invenítque Ioseph gratiam coram Domino suo, et ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, et universa, quæ ei tradita fuerant: benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Ioseph

℟. Esuriente terra Ægypti clamavit populus ad Regem alimenta petens. Quibus ille respondit: * Ite ad Ioseph et quidquid vobis dixerit, facite. ℣. Crescebat quotidie fames in omni terra; aperuitque Ioseph universa horrea, et vendebat Ægyptiis. * Ite.

Spiritus Sti gratia

Lectio III.

Gen: c. 41.

Placuit Pharaóni consílium Ioseph, et cunctis Ministris eius: locutúsque est ad eos: Num invenire potérimus talem virum, qui spíritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid Sapientiorem et consimilem tui invenire potero? Tu eris super domum meā, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantùm regni solio te præcedam.

℟. Fecit me Dominus quasi Patrem Regis, et Dominum universæ domûs eius: nolite pavere. * Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptū. ℣. Venite ad me, et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, et comedetis medullā terræ. * Pro.

In unitate sancti Spiritûs. Iob.

Lectio IV. Gen. c. 41.

Dixitque rursus Phárao ad Ioseph: Ecce constitui te super universam terrā Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, et dedit eum in manu eius, vestivitque eum stolâ byssinâ, et collo torquem auream circumposuit. Fecitque eū ascendere super currum suum secundum, clamante præcone: ut omnes coram eo genu flecterent, et Præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti. Dixitque Rex ad Ioseph: Ego sum Phárao; absq; tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

℟. Benedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus Patrum eius: * Donec veniret desiderium collium æternorum. ℣. Fiant in capite Ioseph,

et in vertice Nazaræi inter fratres suos.
* Donec. Gloria. * Donec.

In II. Nocturno.

Ana. Audiens Ioseph † quod Archelá9 regnáret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Ps: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: *

Ana. Admonitus † in somnis Ioseph secessit in partes Galilææ, et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetas; quoniam Nazaræus vocabitur. Ps: Domine in virtute tua lætabitur Rex: *

Ana. Induxerunt † Puerum IESUM Parentes eius, ut facerent secundū consuetudinem legis pro eo. Ps: Domini est terra, et plenitudo eius: *

Ana. Erat Pater † IESU et Mater mi-

rantes super his, quæ dicebantur de illo; et benedixit illis Simeon. Ps: Cantate Domino canticum novum: *

Ana. Et ut perfecerunt † omnia secundùm legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth. Ps. Dominus regnavit exultet terra: *

Ana. Mirabantur † omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, et dicebant: Nonne hic est Filius Ioseph? Ps: Cantate Dño canticũ novũ: *

℣. Magna est gloria eius in salutari tuo.

℟. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Absol: Ipsius pietas, et

Ben: Deus Pater omnipote

Lect: V.

Hom: 2. super missus. prope finem.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Quis et qualis homo fuerit beatus Ioseph, conjice ex appellatione, qua, licet dispensa-

tóriâ, meruit honorari à Deo, ut Pater Dei et dictus, et creditus sit; coniice et ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari. Simul et memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, et scito, ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitū, sed et castimoniam adeptum, innocentiam assecutum, et gratiam.

℟. Angelus Domini apparuit Ioseph dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam Coniugem tuam: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. ℣. Pariet autem Filium, et vocabis nomen eius IESUM. *Quod.

Bened. Christus perpetuo p

Lect: VI.

Siquidem ille Ioseph fraterna ex invidia venditus, et ductus in Ægyptum

Christi venditionem præfiguravit: Iste Ioseph Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille Domino suo fidem servans, dominæ noluit commisceri: iste Dominam suam, Domini sui Matrem Virginem agnoscens, et ipse continens, fideliter custodivit.

℟. Ascendit Ioseph à Galilæa de civitate Nazareth in Iudæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: * Eò quòd esset de domo et familia David: ℣. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. * Eò quòd.

Ignem sui amoris ſ

Lect: VII.

Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum: isti datum est cónsciū fieri atque participem cœlestium sacramentorum. Ille frumenta servavit non sibi, sed omni populo: iste Panem vivum

è cœlo ſervandum accepit tam ſibi, quàm toti mundo.

℟. Surge, et accipe Puerum, et Matrē eius, et fuge in Ægyptum: * Et eſto ibi uſquedum dicam tibi. ℣. Ut adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum. * Et eſto. A cunctis vitiis p

Lect: VIII.

Non eſt dubium, quin bonus et fidelis homo fuerit iſte Ioſeph, cui Mater deſponſata eſt Salvatoris. Fidelis, inquam, ſervus, et prudens, quem conſtituit Dominus ſuæ Matris ſolatium, ſuæ Carnis Nutritium, ſolum denique in terris magni conſilii Coadiutorem fidiſſimum.

℟. Cùm introducerent Puerū IESUM Parentes eius, ut facerent ſecundùm conſuetudinem legis pro Eo; * Accepit Eum

Simeon in ulnas suas, et benedixit Deū:
℣. Et erat Pater eius et Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.
* Accepit. Gloria Patri. * Accepit.

In III. Nocturno.

Ant. Invenit Philippus Nathánaël, et dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, et Prophetæ, invenimus IESUM Filium Ioseph à Nazareth. Cantic: Beatus vir, qui in sapientia morabitur: *
℣. Iustus germinabit sicut lilium.
℟. Et florebit in æternum ante Dnum.

absolutio: A vinculis peccatorum nostrorum
Evangelica lectio p.

Lect: IX.

Cap: i. c. 18.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Cùm esset desponsata Mater IESU Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto; et reliqua.

Homilia S. Hierónymi Presbyteri. Lib: i. Comm: in c. i. Math:

Quare non de simplici Virgine, sed de desponsata concipitur? Primùm, ut per generationem Ioseph origo Mariæ monstraretur: secundò, ne lapidaretur à Iudæis ut adultera: tertiò, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit: ut Partus, inquiens, Eius celaretur diábolo, dum Eum putat non de Virgine, sed de Uxore generatum.

℟. Ibant Parentes IESU per omnes annos in Ierusalem in die solemni Paschæ: consumptisque diebus, cùm redirent, remansit Puer IESUS in Ierusalem: * Et non cognoverunt Parentes Eius; ℣. Existimantes autem, Illum esse in comitatu, requirebant Eum inter cognatos, et notos. * Et non.

Ille nos benedicat

Lect: X. S.

Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Non ab alio inventa est, nisi à Ioseph, qui penè licentia maritali futuræ Uxoris omnia noverat. Quod autem dicitur, antequam convenirent; non sequitur, ut postea convenerint: sed Scriptura, quòd factum non sit, ostendit.

℟. Dicit Mater IESU ad Illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? * Ecce Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te. ℣. Et ait ad illos: quid est, quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? * Ecce Pater.

Cuig festum colimus

Lect: XI. S.

Ioseph autem Vir eius, cùm esset iustus, et nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Si quis fornicariæ con-

iungitur, unum corpus efficitur, et in lege præceptum est, non solùm reos, sed et conscios criminum obnoxios esse peccati: quomodò Ioseph, cùm crimen celaret Uxoris, iustus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quòd Ioseph, sciens illius castitatem, et admirans, quod evenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat.

℟. Descendit IESUS cum eis, et venit Nazareth. *Et erat subditus illis. ℣. Proficiebat sapientiâ, et ætate, et gratiâ apud Deum et homines. *Et erat.

Lectio 12. de Homil: feriæ occurrentis, si celebretur in Quadrages: Ad societatem p.

Lect: XII.

Ioseph Fili David, noli timere accipere Mariam Uxorem. Iam et supra diximus, sponsas Uxores appellari: quod

pleniùs liber adversùs Helvidium docet. Et blandientis affectu ei per somnium Angelus loquitur; ut justitiam silentii comprobaret; simúlque notandum, quod Ioseph filius esse dicatur David, ut Maria quoque de stirpe David monstraretur.

℟. Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suā: * Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. ℣. Qui custos est Domini sui glorificatur. * Amen dico. Gloria. * Amen.

Sequentia Sancti Evangelii secundùm Mathæum.

Cùm esset desponsata Mater IESU Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Ioseph autem vir ejus, cùm

esset iustus, et nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph fili David noli timere accipere Mariam Coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem Filium: et vocabis nomen eius IESUM, Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Orat: ut in Vesp:

AD LAUDES
et per Horas

Ana. Ibant Parentes IESU per omnes annos in Ierusalem in die solemni Paschæ. Psalmꝰ Dominꝰ regnavitꝰ cum reliquis de Dominica.

Ana. Cùm redirent remansit Puer IESUS in Ierusalem, et non cognoverunt Parentes Eius.

Ana. Non invenientes IESUM regressi sunt in Ierusalem requirentes eum: et post triduum invenerunt Illum in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem et interrogantem eos.

Ana. Dixit Mater Eius ad Illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te.

Ana. Descendit IESUS cum eis, et venit Nazaret, et erat subditus illis.

Capitulum.

Prov: 28. et 27. Vir fidelis multùm laudabitur. Et qui custos est Domini sui, glorificabitur.

℟. br: Constituit eum * Dominum domûs suæ. Constituit. ℣. Et Principem omnis possessionis suæ. *Dominū. Gloria. Constituit.

Hymnus.

Iste, quem læti colimus fideles,
Cuius excelsos canimus triumphos,
Hac die Ioseph meruit perennis
Gaudia vitæ.

O nimis felix, nimis ò beatus,
Cuius extremam vigiles ad horam
Christus, et Virgo simul astiterunt
Ore sereno.

Hinc stygis victor, laqueo solutus
Carnis, ad sedes placido sopore
Migrat æternas, rutilisque cingit
Tempora sertis.

Ergo regnantem flagitemus omnes,
Adsit ut nobis, veniámque nostris

Obtinens culpis, tribuat Supernæ
Munera pacis.
Sint tibi plausus, tibi sint honores
Trine, qui regnas, Deus; et coronas
Aureas Servo tribuis fideli
omne per ævum. Amen.

℣. Os iusti meditabitur sapientiam.
℟. Et lingua eius loquetur iudicium.

Ad Benedictus Antiph:

Ipse IESUS erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph. Orat: ut supra in Vesp:
for Zindrag. fil com. sorcid.

Ad Tertiam Antiph:

Cùm redirent.
Capitulum: Vir fidelis, ut ad Laud:
℣. Constituit eum Dñum domus suæ.
℟. Et Principem omnis possessionis suæ.

Ad Sextam Antiph:

Non invenientes.

Capit: Eccl: 45.

Dilectus Deo et hominibus, cuius memoria in benedictione est. In fide, et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.

℣. Magna est gloria eius in salutari tuo.

℟. Gloriā, et magnū decorē impones super eum.

Ad Nonam Antiph:

Descendit IESUS.

Capit: Sap: 10.

Profugum iustum deduxit sapientia per vias rectas, et ostendit illi regnū Dei, dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

℣. Iustus germinabit sicut lilium.
℟. Et florebit in æternum ante Dnum.

In II. Vesperis

Antiph: Ibant Parentes. ut in Laud.
Psalmi, Capitulum, ℟ br:, et Hymnus
ut in I. Vesp:

℣. Gloria et divitiæ in domo eius.
℟. Et iustitia eius manet in saeculum
sæculi.

Ad Magnificat

Ana. Ecce fidelis Servus, et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Die 21. Martii

S.P.N. Benedicti Abbat:

Rubrica ante Vesperas posita sic mutata est: „ Si hoc festum venerit in maiori
„ hebdomada, transfertur in feriā tertiam

„ post Dominicam in Albis tanquam diem
„ propriam, translato quocunque alio fes-
„ to etiam eiusdem ritûs in eam incidente.

Reliquum Rubricæ à verbis: Et tunc in fine p ~~cum tota Officio~~ ut in Vet: Brev: Homil: Venerabilis Bedæ Presbyteri. Perfectus ille est p de Communi Abbatu 2do loco. Reliqua ut in Vet: Brev.

Die 27. Martii.
S. Ruperti Ep: et Conf: dupl:
Oratio, Lectiones 1. et 3. Nocturni ut in
Vet: Brev: P. Vern: f: ccxl.
In II. Noct: Lect: V.

Die 22. Mart:
S. Patritii Ep. et Conf. semid:
In Vet. Br. fuit 17. huius. In Hymno:
Meruit supremos. Reliqua ut ibi.

* Die 23. Mart: Festum S. Nicolai de Flue non celebratur, nisi in Helvetia ac Diœcesi Constantiensi: adeoque hodie fit de Octava S.P. Benedicti cum com: S. Patritii et feria.

Die 27.* Martii.
S. Ruperti Ep. et Conf. dupl:
Oratio, Lectiones 1. et 3. Nocturni ut in
Vet: Brev: P. Vern: f: ccxl. Lectiones

M. Officium Nicolai de Flue extrahatur.

Absolut: Ipsius pietas et misericordia Deus Pater omnipotens p

vero Secundi Nocturni sunt Sequentes:

Lect: V.

Rupertus Ecclesiæ Wormacienſis Epiſcopus, parentum nobilitate conſpicuus, generis ſui dignitatem præclariſsimis Chriſtianæ fidei, ac pietatis exercitationibus à prima ætate coniunxit. Pleno Spiritu Sancto, cùm factus eſset forma gregis ex animo, eximio morum candore præditus, ad ampliſsimum Sacerdotii munus ſuſtinendum natus, non comparatus videbatur. Providus enim in conſilio, ſimplex ac prudens in operibus, nulli ſecundus in doctrinâ, iuſtus in iudicio, nec non in ſervanda, ac reſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina vigilans, et álacer adeò fuit, ut frequentiſsima incommoda pertulerit: vigiliis non pepercerit, ſeveriori in ſe

exprimens vitâ, quiquid postea concreditum sibi populum verbô docuisset.

℟. Inveni David ℣. f: 31.

Lect: VI.

Abstractus à terrenis, divinis mente semper intentus corpus suum assiduis macerabat ieiuniis, et anáthema pro fratribus suis esse cupiebat. Hos autem erudiens ad iustitiam, qua lucérent in perpetuas æternitates, à via salutis aberrantes alios suavibus, ac solidis evincebat rationibus, blandóque sacrarum Concionum feliciter perstrahebat eloquio. Largus, et misericors erga pauperes, neminem à se tristem unquam dimittens thesauros iugiter, ac sine mora dispersit: cum hoc solum suum esse crediderit, quod pauperum subsidio

et miserorum levamini contulisset.

℟. Posui adiutorium. f. 32.

Lect. VII.

Ministerii sui officio et animarum saluti sedulò incumbens, Bavariæ Ducem, pluréſque gentis illius próceres ad veram Christi fidem convertit; quos salutari itidem regeneravit lavacro, Episcopali sede in loco, qui nunc Salisburgum dicitur, constitutâ. Magnificum quoque Templum in honorem Principis Apostolorum Deo dicavit, Ecclesiastica instructum supellectile, et ad officiorum solemnia non exiguo clericorum numero decoratum: congruas præterea in sacrorum ministrorum commodum ædes addidit; et Sanctimonialium, quæ piè ac religio-

sè viverent, Monasterium ædifica-
vit. ℟. Iste est, qui . f: 33.

Lect: VIII.

Tandem duodecim viris operæ ac la-
borum socius sibi adscitis, reliquam
Bavariæ gentem ad Catholicam fidem,
Deo pios ejus conatus adjuvante, tra-
duxit. Cujus rei gratia Bavarorum
Apostolus meruit appellari. Sanctis
his muneribus mirificè perfunctus, cùm
pluribus annis Episcopatum summa laude
gessisset, Sacro sanctæ Missæ Sacrificio
ipsa Dominicæ Resurrectionis die perac-
to, ac discipulorum animis paterna hor-
tatione confirmatis cœlesti vitâ perpetuò
fruiturus quievit in pace: ante et post obitu
miraculorum gloria commendatus.

℟. Justum deduxit. f. 35.

Feriâ Sextâ
post Octav: Paschæ.

Festum Sacræ Lanceæ, et Clavorum Domini. Duplex II. classis pro tota Germania.

Impedita feria 6. officio XII. lectionum transfertur ad aliam fer. VI infra tempus Paschale tum.

In I. Vesp: Antiphona: Hasta Regem cum reliquis ex Laudibus. Psalmi de Dominica

Capitulum. Sap. 5. d.

Sumet Dominus scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem duram iram in Lánceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

℟. br. Christe Fili Dei miserere nobis. *Alleluia alleluia. Christe. ℣. Qui vulneratus es pro nobis. *Alleluia alleluia. Gloria Patri. Christe Fili.

Hymnus.

Pange lingua glorioſæ
Lánceæ præconium.

Quæ reclusit generosæ
Cataractæ fluvium,
Passo Christo dolorosè
Pro salute gentium.
Hasta gazis præoptata
Mundi pandit pretium
Cordis tactu præparata
Fit sagitta fortium,
Arma Clavi sunt beata,
Contra vires dæmonum.
Dulcis hasta Dei latus
Spoliasti Sanguine,
Dulces clavi, qui reatus
Expurgatis flumine,
Ut sit mundus emundatus
Et sanatus vulnere.
Hasta fulcit viatores,
Et timentes animat,
Et ostensô bellatores
Cordis succô roborat
Clavus firmat, et dat rores,
Pusillósque recreat.

IESU victor inferorum
Qui triumphas Lanceâ,
Et virtute qui clavorum
Restauraſti omnia.
Fac, ut horum nos armorum
Muniant præſidia. Amen.

℣. Accipiet armaturam zelus illius, Alleluia.
℟. Et armabit Creaturam ad ultionem inimicorum Alleluia.

Ad Magnificat Antiphona.

Gaude pia plebs iuſtorum, omne genus Germanorum tantis de muneribus: Nam Clenodía ſalutis tibi dedit Rex virtutis ſuis de vulneribus; Clavos, Lanceam, et Crucem, ut ſequaris Chriſtum Ducem, Alleluia.

Oratio.

Deus, qui in aſſumptæ carnis infirmitate clavis affigi, et Lanceâ vulnerari pro mundi ſalute voluiſti: concede propitius; ut, qui eorundem Clavorum et Lanceæ ſolennia

veneramur in terris, de glorioso Victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cœlis. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre ℣.

Ad Matutinum Invitatorium.

Cœlestis Regis Lanceam venite adoremus,
* Et pro clavis eius Christo iubilemꝰ alleluia.

Hymnus.

Paschali iubilo sonent præcónia
Armorum Domini, per quæ victoria
Venit Christicolis, sint in memoria
Crux, clavi, et Lancea.
Crux apud inferos spoliat tartara,
Lancea superis tribuit præmia,
Clavi consociant Cœlos, et infima
Fletum mutant lætitiâ.
Clavus dum figitur in Dei manibus,
Et dum demergitur in sacris pedibus
Hasta dum fodicat latus hominibus
Manat gratiæ fluvius.
Lancea sæviens in Dei pectore
Et inde proferens aquam cum sanguine

Mundum lætificat impetus flumine~
Omnes ad aquas currite.
Te Summa Deitas Cœlum magnificat
Ordo Seraphicus laudibus insonat,
His nostes pariter cœtus se misceat,
Et in sæcula te canat. Amen.

In I. Nocturno.

Ant. Exaltatus Crucis ligno dum Christus occubuit: Lanceatus à maligno hoste nos eripuit Alleluia.

Psalmi: Beatus vir. lxxx. Quare fremuerunt. Cum invocarem. Verba mea auribus. Domine Dnus noster. Domine quis habitabit. lxxxv.

Absolutio:
Exaudi Dne ℣. Tuam Lanceam adoramus Dne Alleluia.
Benedict. ℟. Tuam gloriosam Passione recolimus Alleluia.
Benedictione perpetua

Lectio I.

Cap. g. d. De libro secundo Paralipoménon.

Fecit igitur Rex Sálomon ducentas hastas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur. Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus te-

gebantur singula scuta: posuitque ea Rex in armamentario, quod erat consitum nemore.

℟. Videte gloriosa loca Clavorum, et latus meum Lanceâ perforatum pro salute mundi. * Palpate, et videte, quia ego ipse sum Alleluia alleluia. ℣. Verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. * Palpate, et videte. ——— unigenitus Dei Filius.

Lect: II.

De libro Sapientiæ. Cap. 5. c.

Et accipiet armaturam Zelus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum, induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile æquitatem. Acuet autem duram iram in Lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

℟. Latus eius aperuit Alleluia. Patefecit ostium vitæ. * Alleluia Alleluia. ℣. Ingrediamur illud. * Alleluia Alleluia.

Spiritus Sti gratia ℣

Lect: III.

De Epistola Beati Pauli Apostoli ad Ephesios. Cap. 6. b.

Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversùs insidias diaboli, quoniam non est colluctatio adversùs carnem, et sanguinē, sed adversùs Principes et Potestates adversùs mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

℟. Inter Clavos Christus in Cruce separatus est. * Alleluia alleluia alleluia. ℣. Et in sancta resurrectione mundus in eius laudibus vigilavit. * Alleluia ℣.

In unitate S. Spiritus ℣

Lect: IV.

Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam Justitiæ, et calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus sumentes scu-

tum fidei, in quo posſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: et galeam ſalutis aſſumite, et gladium Spiritûs, quod eſt verbũ Dei. ℟. Nos autem gloriari oportet in Lancea Domini noſtri IESU Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, et reſurrectio noſtra; * Per quẽ ſalvati, et liberati ſumus Alleluia. ℣. Tuam Lanceam adoramus Domine, et recolimus tuam glorioſam paſsionem. * Per quem. Gloria Patri. * Per quem.

In II. Nocturno.

Ant. Tuam Lanceam † adoramus Domine, et tuam glorioſam Paſsionem recolimus. Alleluia. Pſalmi ut in 2.do Nocturno Inventionis S. Crucis. f: 602. ſeu die 3. Maü. q Ipsius pietſ Deus Pater ſ

℣. Verè languores noſtros Ipſe tulit Alleluia. ℟. Et dolores noſtros ipſe portavit Alleluia.

Lectio V. q

Sermo Innocentii Papæ Sexti. In Decreto de Feſto Lanceæ, et Clavor. Dñi.

In Redemptoris noſtri IESU Chriſti ſacratiſsima

Passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius Passionis cuncta Mysteria dinumerantes et merita, singulis etiam eius salutaribus instrumentis gloriemur. Inter quæ illud celebriter memorandum est, quod Ipse Salvator emisso in Cruce iam Spiritu, sustinuit perforari lancea latus suum, ut inde sanguinis, et aquæ profluentibus undis formaretur unica, et immaculata, ac Virgo sancta Mater Ecclesia Sponsa sua. O beatissima ipsius sacri Lateris apertura, unde nobis tot, et tanta divinæ pietatis dona fluxerunt! O felix Lancea, quæ tot bona nobis efficere, et ad tanti triumphi gloriam meruit superaddi!

℟. Surge Virgo Ecclesia, Sponso redde munia: tui Clavi gravia imprimunt vestigia, per quæ ruit infernalis Sisara. * Nam clavum Iahel malleo fixit in eius tempora.

Alleluia, alleluia. ℣. Dulces clavi púngite corda nostra. * Nam clavum. ——— Christus perpetuo ℟.

Lect: VI.

Hæc Latus ipsum aperiendo sacratissimas januas nobis Regni cœlestis aperuit. Hæc vulnerando iam mortuum, vulnera nostra sanavit, vitámque nobis reddidit, et salutē. Hæc innoxium transfigendo illius sanguine culpas nostras abstersit, et demum eiusdem sacratissimis undis irrigata, cæcitatis nostræ tenebras sustulit, et nos ipsius divinæ Pietatis fluviis mundavit.

℟. Hasta nitet margaritis nimis coruscantibus * Alleluia alleluia alleluia. ℣. Mucro gemmis infinitis, sanguine vernantibus. * Alleluia ℟. ——— Ignem sui amoris ℟

Lect: VII.

Illi etiam dulces Clavi, quibus ipse Salvator eidē Cruci fuit affixus, quique non solùm immaculato respergi sanguine, et molem ferre tanti

ponderis meruerunt, sed et nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius divinæ Charitatis accepimus, ut manus nostræ à peccati solutæ nexibus, pedesque nostri à mortis laqueis fuerint liberati, sunt devotissimè recolendi.

℟. IESUS nostra spes suavis ab uberibus * Alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Pro nobis fossus Clavis, in palmis, atque pedibus. * Alleluia ℣.

à cunctis vitiis ℣.

Lect. VIII.

Quid enim vulnere, et plagis huiusmodi sanctius? quid eis salubrius, ex quibus salus nostra processit, et in quibus assiduè se possint curare animæ devotorum? licèt igitur Lancea, et Clavi prædicti, aliáque ipsius Passionis salutaria instrumenta sint à cunctis fidelibus Christi ubilibet veneranda,

et de ipsa etiam Passione in eadem Ecclesia solemnia annis singulis officia celebrentur, et fiant: dignum tamen, et conveniens reputamus, si de ipsius Passionis specialibus instrumentis, et præsertim in partibus, in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, solemne, ac speciale Festum celebretur, et fiat. Nosque illos fideles Christi, qui aliqua ex instrumentis ipsis habere se gaudent, in eorum devotione, Divinis Officiis, atque muneribus specialiter foveamus.

℟. Dulce lignum, dulces clavos, et Lanceam, dule pondus sustinuit: * Quæ sola digna fuit portare pretium huius seculi alleluia. ℣. Signum Lanceæ erit in Cælo cum Dominus ad iudicandum venerit. * Quæ sola. Gloria. * Quæ sola.

140. In III. Nocturno

Ana. Tu Christe nostrum gaudium, de lanceato Latere da roris mellicidium ardenti corde sugere. Alleluia.

† ut in 3. Noct: Inventionis S. Crucis. seu

... Canticum Habacuc: Domine audivi auditionem tuam: * et timui. † Ex Psalt. feria 6. ad Laudes. Ad ℣ huiusmodi signum fit divisio, et dicitur Gloria Patri.

℣ absolut: à vinculis ℣ Bened: Evangelica lectio ℣

℣. Omnis terra adoret te, et psallat tibi Alleluia. ℟. Psalmum dicat nomini tuo Alleluia.

℣ Lect: IX.

Cap. 19. Lectio Sancti Evangelii secundum Ioannem.

In illo tempore sciens IESUS, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua

Tract. 120. in Joan. Homilia S. Augustini Episcopi.

Unus militum Lanceâ Latus eius aperuit,

et continuò exivit sanguis, et aqua. Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret: Latus eius percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed aperuit, ut illud quodámodo vitæ ostium panderetur, unde sacramenta manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille sanguis, qui fusus est, in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum, hæc et lavacrū præstat, et potum. Hoc prænuntiabat, quod Noë in látere Arcæ ostium facere iussus est, quo intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus figurabatur Ecclesia.

℟. Vibrans miles Lanceam acutissimā, aperuit Templum Sanctum gloriæ Dei, * In quo habitabat plenitudo divinitatis alleluia, alleluia. ℣. Ibi abscondita est

fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors. * In quo.

Ille nos benedicat. ℣

Lect: X.

Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, et appellata est vita, matérque vivorum, magnumque signavit bonum ante magnū prævaricationis malum: et secundo Adā inclinato capite in Cruce dormivit, ut inde formaretur ei coniux, quæ de latere dormientis effluxit. O mors, unde mortui reviviscunt! quid isto sanguine mundius? quid vulnere isto salubrius? facta enim sunt hæc, inquit, ut scriptura impleretur: Os non cōminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt.

℟. Tuam Lánceam adoramus Dnē

alleluia: tuam glorioſam recolimꝰ Paſ-
ſionem * alleluia, all: all: ℣. Haſta
Regem glorię cruentavit Chriſtum.
* alleluia. ℣. Divinum auxilium.

Lect. XI.

Duo teſtimonia de Scripturis ſingulis
reddidit, quaſi facta fuiſſent, narravit.
Nam, quia dixerat: ad IESUM autem cùm
veniſſent, ut viderunt Eum iam mortuū,
non fregerunt eius crura; ad hoc perti-
net teſtimonium: Os non comminuetis
ex eo. Quod præceptum eſt eis, qui celebra-
re paſcha iuſſi ſunt ovis immolatione in ve-
teri lege, quæ Dominicæ Paſſionis umbra
præceſſerat.

℟. Venit IESUS, et ſtetit in medio, et
dixit: Pax vobis alleluia. * Et cùm hoc
dixiſſet, oſtendit eis Latus et Manus alle-
luia. ℣. Videbunt in quem transfixerunt,

et plangent eum quasi super Primogenitum. * Et cùm.

Ad societatem.

Lect. XII.

Unde Pascha nostrum immolatus est Christus, de quo Isaias Propheta dixerat: Sicut ovis ad occisionem ductus est. Item, quia subiunxerat dicens: Sed unus militum Lanceâ Latus eius aperuit, ad hoc pertinet alterum testimonium: Videbunt, in quem transfixerunt. Ubi promissus est Christus in ea, qua crucifixus est, carne venturus.

℟. Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. * Et sicut aqua effusus sum Alleluia. ℣. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. * Et sicut aqua. Gloria Patri. * Et sicut aqua.

Sequentia Sancti Evangelii secundùm Ioannem.

In illo tempore: Sciens IESUS quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura dixit: sitio. Vas ergo positum erat acéto plenum. Illi autem spongiam plenam acéto, hyssópo circumponentes obtulerunt ori eius. Cùm ergò accepisset IESUS acétum, dixit: consūmatum est. Et inclinato capite tradidit Spiritū. Iudæi ergò (: quoniam Parasceve erat:) ut non remanerent in Cruce corpora sabbato, (: erat enim magnus dies ille sabbati:) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorū crura, et tollerentur. Venerunt ergò milites: et primi quidem fregerunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad IESUM autem cùm venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed unus

militum Lanceâ Latus eius aperuit, et continùo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium eius.

Oratio.

Deus, qui in assumptæ carnis infirmitate Clavis affigi, et Lanceâ vulnerari pro mundi salute voluisti: concede propitius; ut, qui eorundem Clavorum et Lanceæ solemnia veneramur in terris, de glorioso victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cælis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

AD LAUDES et per Horas.

Ana. Hasta Regem gloriæ Christum cruentavit, dum crucis in arbore Dominus regnavit. Alleluia.

Psalmi: Dominus regnavit. cum reliquis.

Ana. Hanc tremendam Lanceā omnes

adoremus, et in eius laudibus semper iubilemus. alleluia.

Ana. Unus militum Lanceâ Latus eius aperuit, et continùo exivit sanguis, et aqua alleluia.

Ana. Fui mortuus, et ecce sum vivens in secula, seculorum alleluia.

Ana. Sempiterna gaudia Christus tunc donavit, cùm Clavis, et Lanceâ mortem superavit. alleluia.

Capitulum. Sap. 5.

Sumet Dominus scutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem duram iram in Lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

℟. br. Foderunt manus meas, et pedes meos * alleluia alleluia. Foderunt ℣. Dinumeraverunt omnia ossa mea. * alleluia alleluia. Gloria Patri. Foderunt manus meas ℣.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens
Salvare quod perierat,
Hastâ, Clavisque moriens
Complevit, ad quod venerat.

O gloriosa Lancea
Timor, tremórque dæmonum
Regna pandis sidérea
Per sanctæ necis meritum.

De Clavorum stigmatibus
Emanat mundi pretium
Præ cunctis aromatibus
Spirant odorem cælicum.

In corde Christi mergitur
Mucro leone sævior:
De forti fons exoritur
Cibúsque melle dulcior.

In Natum Pater phíalam
Effudit iracundiæ
Ut nobis cœnam maximam
Gratis suæ det gloriæ.

O Christe nostrum gaudium
De vulnerato Látere
Da lac, et vinum dépluum
Ardente corde sugere.
Precamur Auctor omnium,
Tu nostra sis refectio:
Tuorum perque meritum
Armorum sis protectio. Amen.
℣. Per sanctam Lanceam de inimicis nostris
alleluia. ℟. Libera nos Deus noster Allel.

Ad Benedictus

Ana. O felix, et omni laude digna Lancea Salvatoris! quæ pertransiens Latus Eius chirographum peccati affixit patibulo Crucis, alleluia. Oratio ut supra.

Ad Tertiam.

Ana. Hanc tremendam Lanceam.

Capitulum

Sumet Dominus ℣ ut supra ad Laudes.
℣. Foderunt manus meas, et pedes meos alleluia.
℟. Dinumeraverunt omnia ossa mea Alleluia.

Ad Sextam.

Ana: Unus militum.

Capitulum. Apoc. i.

Gratia vobis, et pax ab eo, qui est, et qui erat, et qui venturus est, et à IESU Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, et princeps Regum terræ: qui dilexit nos, et lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

℣. Quem tu percussisti, persecuti sunt, Allel.

℟. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt, alleluia.

Ad Nonam.

Ana. Sempiterna gaudia.

Capitulum. Apoc: i.

Ego sum primus, et novissimus, et vivus, et fui mortuus, et ecce sum vivens in secula seculorum.

℣. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras alleluia. ℟. Attritus est propter scelera nostra alleluia.

„ Missa propria, cum Gloria, Credo, Præf: de
„ Cruce. Vel accipi potest Missa Votiva de Passio-
„ ne Dñi: cum Gloria, Credo. Col. Rub.

In II. Vesperis

Omnia ut in primis, præter ea, quæ sequuntur:

℟. br: Quem tu percussisti, persecuti sunt * alleluia alleluia. Quem tu ℘.
℣. Et super dolorem vulnerum meorū addiderunt * alleluia alleluia. Gloria. Quem tu.

Ad Magnificat

Ant. Collaudemus Christi Clementiam qui per glorioſos Clavos et Lanceam dat Eccleſiæ de inimicis victoriam, et in Cœlo vitā, et Coronā perpetuā alleluia.

Die 4. April.

S. Isidori Ep. et Conf. dup.

Ad Magnificat in utrisque Vesp: ò Doctor.
Oratio: Deus qui populo ℘ de Cōmuni.
Ini. Noct: Lect: Sapientiam. de Comm: Doct:

Absolutio Ipsius pietas, Benedict: Deus Pater,

In II. Noct: Lect: V.

Isidorus natione Hispanus Doctor egregius ex nova Carthagine Severiano Patre provinciæ Duce natus, à Sanctis Episcopis Leandro Hispalensi, et Fulgentio Carthaginensi fratribus suis piè et liberaliter educatus, latinis, græcis, et hebraicis literis, divinisque et humanis legibus instructus, omni scientiarum, atque Christianarum virtutum genere præstantissimus evasit. Adhuc adolescens hæresim Ariánam, quæ gentem Gothórum Hispaniæ latissimè dominantem iam pridem invaserat, tantâ constantiâ palam oppugnavit, ut parùm abfuerit, quin ab hæréticis necaretur. Leandro vitâ functo ad Hispalensem cáthedram invitus quidem, sed urgente inprimis Reccarédô Rege, magnóque etiam cleri

Populique consensu assumitur, eiúsque electionem sanctus Gregorius magnus nedum auctoritate Apostolicâ confirmasse, sed et electum transmisso de more pallio decorâsse, quin etiam suum, et Apostolicæ sedis in universa Hispania Vicarium constituisse perhibetur.

℟. Inveni David p. f: 31.

Lect: VI.

In Episcopatu quantùm fuerit constans, humilis, patiens, misericors, in Christiana et Ecclesiastica disciplina instauranda sollícitus, eáque verbo et scriptis stabilienda indefessus, atque omni demum virtutum ornamento insignítus, nullius lingua enarrare sufficeret. Monastici quoque instituti per Hispaniam promótor, et amplificator eximius plura construxit

monasteria, Collegia ítidem ædificavit, ubi
studiis sacris, et Lectionibus vacans, plurimos discipulos, qui ad eum confluebant, erudivit, quos inter sancti Ildephonsus Toletánus, et Brâulio Cæsaraugustanus Episcopi emicuerunt. Coacto Hispali Concilio Acephalórum hæresim Hispaniæ iam minitantem, acri et eloquenti disputatione fregit, atque contrivit. Tantam apud omnes sanctitatis et doctrinæ famam adeptus est, ut elapsa vix ab eius obitu sextodecimo Anno universa Toletana Synodo duorū supra quinquaginta Episcoporum plaudente, ipsoq; etiam sancto Ildephonso suffragante, Doctor egregius, Catholicæ Ecclesiæ noviſsimū decus, in seculorum fine doctiſsimus, et cum reverentia nominandus appellari meruerit: eúmque Sanctus Brâulio non modo Gregorio Magno comparaverit, sed et erudien-

dæ Hiſpaniæ loco Iacobi Apoſtoli cœlitùs datum eſse cenſuerit.

℟. Posui adiutorium p. f: 32.

Lect: VII.

Scripſit Isidórus libros Etymologiarum, et de Eccleſiaſticis Officiis, aliósque quam plurimos Chriſtianæ, et Eccleſiaſticæ diſciplinæ adeò utiles, ut ſanctus Leo Papa quartus ad Epiſcopos Britanniæ ſcribere non dubitaverit, ſicut Hieronymi et Auguſtini, ita Isidori dicta retinenda eſse, ubi contigerit inuſitatum negotium, quod per Cánones minimè definiri poſsit. Plures etiam ex eiuſdem ſcriptis ſententiæ inter Canonicas Eccleſiæ leges relatæ conſpiciuntur. Præfuit Concilio Toletano quarto, omnium Hiſpaniæ celeberrimo. ℟. Iste est p. f: 33.

Lect: VIII.

Denique cùm ab Hiſpania Ariánam hæreſim

156. * eliminaſset, morte ſua et Regni vaſtatione à Saracenorum armis publicè prænuntiata, poſtquam quadraginta circiter annos ſuā rexiſset Eccleſiam, Hiſpali migravit in cœlum anno ſexcenteſimo trigeſimo ſexto. Eius corpus inter Leandrum fratrem, et Florentinam ſororem, ut ipſe mandaverat, primò conditum, Ferdinandus primus Caſtellæ et Legionis Rex ab Eneto Saraceno Hiſpali dominante magno pretio redemptum, Legionem tranſtulit, et in eius honorem Templum ædificatum eſt, ubi miraculis clarus magna populi devotione colitur.

℣. Iuſtum deduxit ꝓ. ſ. 35.

q absolutio.
A vinculis peccatorum ꝓ
Bened: Evangelica
Lectio ꝓ

In III. Nocturno. ℣

Lectio ſancti Evangelii ſecundū Mathæum.

Cap. 5.

In illo tempore: dixit IESUS diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? Et reliqua.

Homilia S. Isidori Episcopi.

Ex lib. 2. Offic. ad S. Fulgent. cap. 5.

Qui in erudiendis, atque instituendis ad virtutem populis præerit, necessè est, ut in omnibus sanctus sit, et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse à peccato debet esse alienus. Nam, qua fronte subiectos arguere poterit, cùm illi statim possit correctus ingerere: Ante doce te, quæ recta sunt. Primitùs quippe semetipsum corrigere debet, qui alios ad benè vivendum admonere studet, ita ut in omnibus semetipsum formam vivendi præbeat cunctosque ad bonum opus et doctrinâ, et opere provocet. Cui etiam scientia scripturarum necessaria est. Quia, si Episcopi tantùm sancta sit vita, sibi soli prodest sic vivens. Porrò si et doctrina et sermone fuerit eruditus, potest cæteros quoque instruere, et docere suos, et adversarios

repercutere, qui, nisi refutati fuerint, atque convicti, facilè possunt simplicium corda pervertere.

℟. Amavit eum Dominus, et ornavit eū, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eū. * Et ad.

Ille nos benedicat.

Lect. X.

Huius sermo debet esse purus, simplex, apertus, plenus gravitatis, et honestatis, plenus suavitatis et gratiæ, tractans de Mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiæ, de disciplina justitiæ, unumquemque admonens diversa exhortatione, iuxta professionem, morúmque qualitatem, scilicet ut prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo proferat.

℟. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, * Et implevit eum Dñus spiritu sapientiæ et intellectûs. ℣. Iucunditatem, et exultationē thesaurizavit super eum. * Et implevit eum Dominus.

Lect: XI.

Cuius præ cæteris speciale officium est, Scripturas legere, percurrere Canones, exempla sanctorum imitari, vigiliis, ieiuniis, orationibus incumbere, cum fratribus pacem habere, nec quemquam de membris suis discerpere, nullum damnare, nisi comprobatū; nullum excomunicare, nisi discussum. Quique ita humilitate pariter, et auctoritate præesse debet, ut neque per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat, neque per immoderantiam severitatis potestatem exerceat, sed tantò cautiùs erga comissos sibi quanto duriùs à Christo indagari formidat.

℟. Iste sanctus dignè in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit Angelorum: quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione, et aviditate, * in illa æterna patria conversatus est.

℣. Vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Domino suo duplicatum reportavit. * In illa.

Si celebretur in Quadragesᵐ: Lect: 12. dicitur de Homil: feriæ cum eius Com. in Laud:

Ad societatem

Lect: XII.

Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus charitatem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim castitatis charitas, locus autem huius custodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia castitatis eminentiam, ita ut mens Christo dedita ab omni inquinamento carnis sit munda, et libera. Inter hæc oportebit cum solicita dispensatione curam páuperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redímere, viduas, ac pupillos tueri, pervigilem in omnibus exhibere curam, providentiam habere distributione discreta. In

quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate, et charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Evangelium audire desiderant: Hospes fui, et suscepistis me; quantò magis Episcopus, cuius diversorium cunctorum debet esse receptaculum?

℟. Elegit te Dominus Sacerdotem sibi, * Ad sacrificandum ei hostiam laudis. ℣. Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. * Ad sacrificandum. Gloria. * Ad sacrificandum.

Evang: de Comuni Doctor: f: CIV.

Die 13. Aprilis.

Beatæ Idæ Virginis duplex.

Oratio.

Deus, qui beatæ Idæ Virginis Corpori tuorum vulnerum stigmata igneo amoris stylo impressisti: præsta quæsumus eius interces-

sione sic nos tuæ Passionis Mysteria in terris contemplari ; ut redemptionis præmia in cœlo mereamur. Qui vivis, et regnas cũ Deo Patre.

In Quadragesima Commem: feria.

Absolute

℣ Ipsius pietas ℟ Deus Pater omnipotens ℣

In II. Noct: Lect: V.

Ida Lovanii in Brabantia honestis parentibus nata, penè infans Missæ sacrificio assistens stellâ quadâm fulgidissimâ illustrata fuit. Labore manuum, aspero cilicio, duro lecto, ieiuniis, vigiliis, ac quotidianis flagellationibus ténerum corpus in servitutem redégit. Tentata à dæmone horrendis spectris, teterrimo fœtore, concussione conclavis, et illato feretro, munita clypeo Dominicæ Passionis et Eucharistiæ de tartareo hoste triumphavit. A gravi infamia, ex mala suspicione ei inusta divinitùs vindicata, à Puero IESU inter ipsius brachia apparente biduo re-

creata fuit. Soror illius senior ab inferendis eidem iniuriis cœlesti lumine territa est. Corruptum vinum orans pristino vigori restituit, et cervisiam in vinum convertit. Sororem suam iuniorem, repentina morte extinctam, precibus Deo factis, coram pluribus stupentibus ad vitam revocavit, atque virum ex peste semianimem solo suo aspectu sanum reddidit. Modicos panes Dominus eius orationibus quandoque multiplicavit.

℟. Propter veritatem p. f. 52.

Lect: VI.

Tanto mentis ardóre Christi Passionem contemplabatur, ut Dominus quinque vulnerum stígmata manibus, pedibus, ac lateri sanctæ Virginis igneô amoris stylô impresserit adinstar circularum diversi coloris. Per lateris vulnus anhélitum

cum acerba punctione attrahebat, et in signatis locis nullius rei attactum ferebat. Frustrà conata humilis Virgo signacula illa sacra abscóndere. Oratione tamen à Deo impetravit, externam illorum apparentiam removéri, doloris sensu remanente. Capitis quoque circumferentiam vehementissimus cruciatus comprimebat, quo corona Christi spinea videbatur portendi. Habitum Sancti Patris Benedicti in Monasterio vallis Rosarum prope Mechliniam induit, et ad perseverantiam in ordine à Domino confortata est. Ægrota Officium Ecclesiasticum cum socia récitans, illam suavissimo odóre, ac sapóre replevit. Secreta cordium, et status animarum adhuc in mundo versantium penetravit. In Extasim rapta, quasi Chrizo Seraphica immixta,

nobilitatem animæ comprehendit. Literárum ignara novit, quæ latinè dicebantur, atque vidit aureos circulos supra capita Sanctimonialium psallentiū: eique à beatissima Deipara multoties divinus Filius oblatus est.

℟. Dilexisti. f. 53.

Lect: VII.

Ex incredibili sacræ Eucharistiæ sumendæ desiderio Sanguinem frequenter emisit, et in eiusdem Sacramenti perceptione, ac in oratione coram Ipso facta tum tempore Missæ, tum in festo Deiparæ assumptæ, et aliūs, tum in piūs colloquiūs splendidissimos radios ex oculis diffudit, ac suavissimum odorem spiravit. Eucharistiâ refici cupiens, nec eam à confessario ausa petere, ab Angelo allatā accepit, et quandoque éadem in ipsius os à cán-

dida columba ingesta est. Inter orandum recitans: Verbum caro factum est, carnis substantiam in ore sensit. Christum Dominum in Evchatistia salutans, ab Ipso resalutata est, audito válido ictu pýxidi impacto. Eiusdem Venerábilis Sacramenti cælesti fervore inflammata, vicinos quasi igne externo calefecit. Ex nimia córporis imbecillitate cùm ad sacram Mensam pérgere non valéret, ad eam à Deípara Virgine, et sancto Ioanne Evangelista deducta fuit.

℟. Prudentes Virgines p. f: 54.

Lect: VIII.

Salvator sub peregrini specie ad eam accédens, suisque manibus illius pectus réserans, per apertum latus sese totũ intra ipsam recépit, ac foris disparuit,

mirabilibus divinæ gratiæ effectibus in eiusdem anima exinde secutis. Christo quasi incorporatam se sentiens, et ineffabili charitate fervens, eius dulcedinem diutiùs servavit. Mœsta, quòd non plenè Deo fruerétur, nova consolatione à Domino excitata, de æterna sua salute certior facta est. Extra sensus frequenter rapiebatur, ac plures mirabiles éxtases patiebatur, in quibus multis revelationibus, ac visionibus cœlestibus à Deo decorata fuit. Denique divinis charismatibus locupletissima gravissimum in morbum incidit, et Ecclesiasticis Sacramentis roborata inter vitæ æternæ eloquia, et psallentium Angelorum choros migravit ad Sponsum die decima tertia Aprilis anno salutis Millesimo trecentesimo. Sacrum beatæ Virginis corpus in Ecclesia

publico fidelium honori, ob crebra miracula eiꝰ intercessione facta, auctoritate Ecclesiastica expositum fuit.

℟. Afferentur Regi. f: 55.

In 3. Noct: Lect: de 10. Virginibus.

Die 15. April.

S. Hermenegildi Mart: semid.

In Veteri Breviario ponitur die 13. huius. In Novo Brev: habetur hæc Rubrica: „ Quando Hymnus Vesperarum non dicitur in 1. Vesp. tunc recitari debet in Matutino, et Hymnus in Matutino positus dicatur ad Laudes.

Reliqua ut in Vet: Brev: loco cit.

Die 16. April.

in B. min: deest

S. Turibii Ep. et Conf: dupl.

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Vern: f: CCXXII.

Die 21. April.

S. Anselmi Ep. Conf. et Doct. dup.

Omnia ut in Veteri Breviar: præter Sequentia:

In II. Noct: Lect: V.

Anselmus Augustæ Prætoriæ in Italia natus à pueritia studia literarum sectatus, cùm brevi admodùm plurimùm in eis profeciſset, relictâ patria, ad Beccense Monasterium Ordinis S. Benedicti se contulit, ubi præceptore usus Lanfranco cœnobii Priore, viro præstanti religione, et sapientiâ, seculari literaturæ sacram adiunxit, ac in eodem cœnobio vigesimo septimo ætatis suæ anno Monachus efficitur; sed Lanfranco ad Cadomensis Cœnobii regimen assumpto, in eius locum successit Anselmus, sicque ampliorem Deo serviendi nactus occasionem totum se ei muneri, fratrúmque necessitatibus impendit. Divinarum interim rerum contemplationi adeò deditus fuit, ut obscurissimas, et ante id temporis inauditas de divinitate quæstiones, Deo reserante clarissimè perspexerit, et explicaverit.

℣ Absolutio Ipsius pietas, et ℣ Benedicte Deus Pater, ℣

℟. Inveni David servum meum ps. 31.

Lectio VI.

Abstinentiæ, et continentiæ tantæ fuit, ut ab initio Prioratûs illecebra in eo penitus extincta sit, adèo corpus inediâ maceraverat: Somnus illi parcissimus, propterèa quòd, die pro dandis consiliis non sufficiente, noctis bonam addere partem cogeretur. Deinde quòd, bibliothécæ Monasterii libros, qui eo tempore pessimè scripti erant, nocte corrigebat. Demum, quòd in sanctis meditationibus se exercens, lachrymarum imbres fundens plerúmq; antè nocturnas vigilias parùm, aut nihil somni capiebat. Æmulos quosdam ægrè ferentes, iuvenem sibi, qui seniores in Monasterio erant, in Prioris officio prælatum, adèo humilitate, et charitate vicit, ut ex inimicis sibi benevolos, et amicissimos redderet. Infirmorum domum frequentissimè invisebat, quæq; singulis opus erant, ipse per se ministrabat.

℟. Posui adiutorium ℘ f. 32.

Lect. VII.

Defuncto Herluino Beccensi Abbate, in eius locum omnium suffragiis sufficitur Anselmus, qui, cùm pedibus eorum provolutus, ut à se, utpotè indigno id oneris averterent, obsecraret, ab eisdem pariter interram se prosternentibus, ut assensum præberet, coactus est. Qui mox Monasterii negotiis solicitúdini fratrum, quos ipse strenuos, et idoneos noverat, delegatis, totus eruditioni, admonitioni, et correctioni fratrum, divinóque contemplationi vacare cœpit. Hospitum suscipiendorum iuxta præscriptum Regulæ adeò studiosus fuit, ut nonnunquam cibos de mensis fratrum iusserit auferri, ut hospitibus apponerentur, Deo semper Monachorum indigentiæ frequentibus miraculis subveniente.

℟. Iste est, qui ante ℘. f. 33.

Lect: VIII.

Mortuo deinde Lanfranco, qui ex Abbate Cadomensi factus fuerat Archiepiscopus Cantuariensis, ei etiam successit Anselmus, magna totius Regni gratulatione Anno Millesimo nonagesimo tertio; sed mox dissidio orto inter Wilhelmum Angliæ Regem, Ecclesiæ iura iniquè sibi vindicantem, et Anselmum Ecclesiæ libertatem tuentem, semel et iterū exulare compulsus, Romam venit, honorificéque ab Urbano secundo exceptus, Concilio Barensi interfuit, Græcósque ibi, circa processionem Spiritûs Sancti errantes, doctrinæ suæ robore coërcuit. Tandem sub Paschale secundo, qui successit Urbano, horrenda morte ex humanis sublato Wilhelmo Angliæ Rege, ab Henrico eius fratre in Angliam revocatur, et libertatem Ecclesiæ, pro qua laboraverat, adeptus est. Favit plurimùm festivitati conceptionis Virginis Mariæ

paulò ante in Anglia ab Elpino Abbate divina revelatione admonito, celebrari cœptæ, de qua etiam egregium edidit Commentarium. Moritur demum undecimo calendas Maii Anno Domini Millesimo, centesimo nono, doctrinâ et miraculis clarus.

℟. Iustum deduxit ℣ f. 35.

Die 23. April.

S. Georgii Mart: dup.

Oratio.

Deus, qui nos beati Georgii Martyris tui meritis et intercessione lætificas: concede propitius; ut, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum. iam est in Vetere Brev:

℣ Absolut: Ipsius pietas ℣
℟ Benedic: Deus Pater ℣

In II. Noct: Lect: V.

Sermo S. Iustiniani Episcopi.

Georgius propugnator eximius terrenæ abrenuntiavit militiæ, ut Christi miles efficeretur

egregius: facultates quas habebat, dispersit pauperibus, ut divitias perennes possideret in cælo: suam quoque animam odivit in mundo, ut in vitam illam custodiret æternam. Repérerat prætiosam Margarítam latitantem in agro, per quod, distractis omnibus, mercatus est eam. Dominum dixisse audierat: Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: prætulit discipulatum Christi opibus, honoribus, voluptatibus, corpori, et temporali vitæ; ideò intrepidus, armatus, et nudus secutus est Christum. Non carceres, gladios, fustes, vincula, aculeos, tortores, ignem, tyrannos expavit, nec mortem: nudus nudum Christum attendebat in stipite, illius accendebatur exemplo, eiusque passionis doloribus angebatur. O beata mens Martyris, quæ nec tribulatione, nec angustiâ

nec plagis, nec laboribus, nec præsentibus, nec futuris à Christo váluit separari.

℟. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, * Et æternitas temporum alleluia, alleluia. ℣. Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium, et exultationem obtinebunt. * Et æternitas.

Extra Tempus Paschale ℟℟. sumuntur de die 21. januarij f: 38.

Lect: VI.

Christus perpetuæ p

Vivebat in carne, et corde cum Christo iam pendebat in cruce, ideoque dicebat Christo: Crucì confixus sum, vivo ego, iam non ego, vivit autem in me Christus. Longè excellentiùs Martyr sic mortuus vivebat in Christo, quàm si feliciter florens alienus esset à Christo. Vides, quàm locuples talis sit mors, quæ vitam cum Christo præstat æternam; sic planè mortuus erat beatus Georgius vivens in Christo. Mortuus quippe erat vitiis, ~~mortuus~~

~~quippe erat vitiis~~, mortuus erat seculo, mortuus erat et sibi. Nisi taliter fuisset mortuus, minimè Christo vivere potuisset. An non mortuus erat seculo, qui oblatas dignitates, et gaudia pro amore Christi, et spe æternæ mercedis repudiavit ut stercora? Nonne vitiis erat defunctus, qui laboribus, abstinentiâ, paupertate, virtutibúsque cæteris corpus quotidiana maceratione domabat? de talibus Pauli voce dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis. Quomodò verò sibi ipsi vixisse Sanctus iste dicendus est, qui verbum Dei circumquaque disseminans, Christi gloriam audientium auribus insonabat? Quos auferre valebat diabolo, lucrabatur Christo. Magnanimitate namque præcinctus, et charitatis dono suffultus, coram Regibus, et terræ Principibus Christū liberâ confitebatur voce.

℟. In servis suis alleluia. * consolabitur Deus alleluia. ✠. Iudicabit Dominus populum

Suum, et in servis suis. * consolabitur Deus
Lect. VII. Ignem sui amoris p.

Hinc factum est, ut carceri manciparetur, virgis et scorpionibus cæderetur, lampadarū ustionibus cremaretur, laniaretur, torqueretur, perimeretur. In his, quoniam vivebat in Christo, se exhibebat ut mortuum. Nulla planè in illo querimoniæ resonabat vox, nullus repugnandi motus. Tanquam bellator præcipuus arbitratus est, fore incongruum, ut patiente Rege, atque pro animarum occumbente salute, ipse segniter viveret, et sine certaminis exercitatione deficeret: frequenter animo illud Evangelium revolvebat: Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

℟. Filiæ Ierusalem venite, et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus * In die solemnitatis et lætitiæ alleluia. ℣. Quoniam confortavit seras portarū

tuarum, benedixit filios tuos in te. * In die.

A cunctis vitiis ℣.

Lect. VIII.

Quamobrem dilectionem, quam habebat ad Dominum, factis maluit ostendere, quàm verbis. Redemptorem utique suum non ingratus de munere est immitatus in morte, de quo ait Propheta: Sicut ovis ad occisionem ductus est, et tanquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum, † nisi orando, non aperuit, quatenus hostia Deo acceptabilis fieret, ne illi in longanimitate patientiæ inveniretur dissimilis, qui in Crucis perpessione supplicii eloquiũ nullum contradictionis emisit. Hinc gestũ est, ut Domini sui, sicut socius exstitit pœnæ, ita particeps illius efficeretur gloriæ, qui in cœlesti regno cum Patre et Spiritu Sancto triumphat in secula.

† obmutuit plane ipse, et os suum

℟. Lætabitur iustus in Domino, et sperabit in eo, et laudabuntur * Omnes recti corde alleluia alleluia. ℣. Lætamini

in Domino, et exultate iusti, et gloriamini.
* Omnes. Gloria Patri. * Omnes.
In III. Noct: Homil: in Evang: Ego sum vitis vera. de Comuni Mart: Tempo Pasch.

FESTA MAII.

Die 3. Maii.

In Festo Inventionis S. Crucis

Duplex

II. Class:

Post Hymnum ad Vesperas posita est hæc Rubrica: „ Dum recitatur Stropha, quæ incipit:
„ O crux ave spes unica p. genuflectitur; et si
„ transferatur festum extra tempus Paschale,
„ mutatur secundus eiusdem Strophæ Versus,
„ et dicitur: In hac triumphi gloria.
Item Rubricæ ante 12. lectionem positæ hæc adduntur: „ nisi occurrant in Dominica, sive
„ in feriis II.da et IV.ta Rogationum.
Reliqua omnia ut in Veteri Breviario.

Die 4. Maii.

S. Monicæ Viduæ Duplex.

Reliqua omnia ut in Veteri Breviar: notantur.

Die 5. Maii.

S. Pii V. Papæ et Conf. Semid.

NB. Totus Secundus Nocturnus extrahatur.

Octavæ Lectioni sequentia addantur: „Quibus ritè probatis à Clemente undecimo Pontificè Maximo Sanctorum Numero adscriptus est. Reliqua ut in Vet: Brev: 2 Part. Vern: f: CCLXXVII.

NB. Si imprimatur, ad evitandam confusionem, Oratio, et totus II. Nocturnus extrahendus videtur.

Die 6. Maii.

S. Ioannis ante portam Latinam Duplex maius.

omitt. quia Lectio est in cal. Sept. huj. vetus: Vid. fol.

Reliqua omnia, ut in Vet: Brev: f: 113. et Segg.

Die 7. Maii.

S. Stanislai Ep. et Mart. duplex.

Reliqua ut in Vet: Brev: f: 118. et Segg.

Die 8. Maii.

In Apparitione S. Michaëlis Arch:
Duplex maius.
Reliqua ut in Vet: Brev: f: 620. et Segg.

Die 9. Maii.

S. Gregorii Nazianzeni Ep: et Conf:
Duplex

In i. Noct: Lect: Sapientiam. licèt alio occurrant de Scriptura. Reliqua ut in Vet. Brev: f. 639. et Segg.

Die 10. Maii.

S. Antonini Ep: et Conf. Semid.

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Vern: f: ccxlvii.
In Hymno Meruit supremos. Lect: 12. de SS. Gordiano et Epimacho ut f: 637.

Die jj. Maii.

S. Maioli Abbat: dupl.

Orat. Intercessio. Lect: i. Noct: Iustus si morte, nisi impediantur Scripturâ. ℣ Absolut: Ipsius pietas p. Benedic: Deus Pater p.
In II. Noct: Lect. V.
℣
Maiolus præclaro genere natus, à piis

parentibus maximâ curâ et liberaliter est educatus. Procedente pueritiâ Ecclesiásticis studiis navavit operam, socioſque longo intervallo antecelluit. Unde etiam factū est, ut divinis literis, seriisque simul moribus quotidie magis intendens, longè à carnis illécebris adolescentiam transegerit, et eximium Virginitatis decus toto postmodum vitæ spatio constanter præsetulerit. Iuvenili succedente ætate, altioribus divinis et salubrioribus rebus humanis instructus Lugdunum accessit, ubi omnibus scientiis splendidiùs est ornatus.

℟. Honestum fecit. ſ. 22.

Lect. VI.

Lugduno ad Urbem Matisconensem Maiolus profectus civitatis Principibus et amicis enixè rogantibus cùm in ea aliquamdiu moratus fuisset, eiusdem illustris

Sanctitatis fama, et admirabilis doctrina latere non potuit. Ab Episcopo proinde invitatus, ut Archidiaconi munere in illa Ecclesia fungeretur, ipsius precibus humiliter aquievit. Tum spem omnium, et vota complens, demandatum sibi ministerium præstantium virtutum exemplis sanctissimè obivit.

℟. Amavit eum Dominus p. f. 24.

Lect: VII.

Sed ad perfectioris vitæ rationem adspirans, Religiosum Cluniacensium Ordinem est ingressus. In eo sublimiora sanctimoniæ exempla edens, à sancto Aymardo, cui postea in Abbatialem dignitatem successit, post sexennium adiutor adsciscitur. In quo munere Spiritu timoris Domini plenus orationi, ieiuniis, eleemosinis

humilitati, aliisque pietatis officiis alácriter adeò animum intendit, ut, eius sanctitatem miraculorum copiâ Deo comprobante, apud summos Pontifices, Imperatores, Reges, et Principes magno in honore sit habitus.

℟. Iste homo perfecit omnia. f. 25.

Lect. VIII.

Tandem cùm ad summam pervenisset ætatem, et Hugonis Galliarum Regis piæ voluntati obsequens, ad informandum optimis legibus Monasteriū sancti Dionysii Parisios se conferret, læthalē in morbum incidit. Ibi meritis egregiisque operibus, atque laboribus clarus inter discipulorum manus spiritum Deo reddidit anno Domini nongentesimo quarto, quinto Idus Maii: Miraculis etiam post obitum illustris. Huius

autem Sancti Viri funus, et tumulum Hugo Rex præsentiâ suâ, prætiosisque muneribus honestavit.

℟. Desiderium animæ. f. 27.

In III. Noct: Ecce nos reliquimus omnia p. 1. loco.

Die 13. Maii.

S. Petri Martyris dupl.

In Veteri Brev: 29. April: f: 587. Omnia ut ibi.

Die 16. Maii.

S. Ioannis Nepom: M. Semid.

Omnia de Communi Martyrum Tempore Paschali, præter sequentia:

Oratio.

Deus, qui ob invictum beati Ioannis Sacramentale silentium novâ Ecclesiam tuam Martyrü coronâ decorasti: da nobis

eius intercessione, et exemplo linguam cautè custodire; ac omnia potiùs mala, quàm animæ detrimentum in hoc seculo tolerare. Per Dominum.

℣. Absolutio: Ipsius pietas ℟. Benedict: Deus Pater omnipotens ℟.

In II. Noct. Lect. V.

Ioannes Nepomúci Bohemiæ oppido, unde Nepomuceni cognomen duxit, à parentibus ætate provectis, non sine futuræ sanctitatis præsagio, flammis supra nascentis domum mirabiliter collucentibus, ortus est. Cùm infans in morbum incidisset, beatæ Virginis ope, cui natum parentes referebant acceptum, è vitæ periculo evasit incolumis. Egregia indole, piáque institutione cœlestibꝰ indiciis obsequente, inter sanctas religiosásque exercitationes pueritiam egit; nam Ecclesiam frequenter adire, ac sacerdotibus ad Aras operantibꝰ ministrare

in delitiis habebat. Zatécii politioribꝰ literis ad humanitatem informatus, — Pragæ verò gravioribus disciplinis excultꝰ Philosophiæ, Theologiæ, Sacrorúmque Canonum Magisterium, et lauream emeruit.

℟. Lux perpetua. f. 175.

Lect: VI.

Sacerdotio initiatus, atque à scientia sanctorum ad lucra animarum ritè comparatus, ministerio verbi Dei se penitùs addixit. Cùm igitur in vitiis extirpandis, et revocandis in viam salutis errantibus, eloquentiâ, et pietate uberes ederet fructus, inter Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis cooptatus, mox sibi demandatam Evangelii coram Rege Wenceslao quarto prædicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suasu multa Rex faceret, magnóq. in honore eius virtutes haberet. Conspicuas

tamen, quas ille obtulit, dignitates Dei servus, ne à Divini Verbi præconio avocaretur, constantissimè recusavit.

℟. In servis suis. f. 176.

Lect. VII.

Regiis illum eleemosinis in pauperes erogandis præfectum, Ioanna Regina conscientiæ moderatorem sibi adscivit. Cùm autem Wenceslaus ab officio institutóque decessisset, atque in vitia præceps abriperetur: piæ autem coniugis obtestationes, et monita gravatè ferret, contendere ausus est, ut in Sacramentali iudicio Sacerdoti [redacted] credita Reginæ arcana sibi à Ioanne panderentur. At Dei Minister blanditiis primùm, tormentis deinde, et carceris squalore tentatus, nefariæ Regis cupiditati fortiter obstitit. Furentem tamen Wenceslai animum, cùm ab execrando proposito nec humana, nec divina jura deterrerent, supremum agonem, quem instare sibi Athléta Christi nó-

verat, populo in concione, de impendentibus etiam Regni calamitatibus admonito, non obscurè prænuntiavit. Mox Boleslaviam profectus ad Beatæ Virginis imaginem, antiquo cultu celebrem, cœleste præsidium ad certandum bonum certamen effusis precibus imploravit. Inde Vesperi revertentem in pervigilio Dominicæ Ascensionis Rex è fenestra conspicatus accersit, cúmque vehementiùs urgeret, et proximam in aquis, si obluctari pergeret, submersionem intentaret, Ioannes invictâ constantiâ terrores, minásque refutavit. Itaque Regis imperio in Moldávam flumen, Pragam intérfluens, noctu deiectꝰ, illustrem Martyrii coronam est consecutus.

℟. Filiæ Ierusalem. f: 177.

Lect: VIII.

Sacrílegum facinus clam patratum, et Martyris gloriam insigne prodigium divinitùs

patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi cœpit, ardentes faces aquis supernatantes, et discurrentes apparuérunt. Quámobrem ex arena postridiè manè corpus elatum, Canonici deinde Regis iram nihil timentes, in Metropolitanam Ecclesiam solemni pompâ intulerunt, et sepulturæ mandârunt. Cùm autem in dies invicti Sacerdotis memoria miraculis, et maximâ fidelium, eorum præcipuè, qui famâ periclitantur, veneratione crescceret, post annos demum ampliùs tercentos in iuridica recognitione corporis, quod sub humo tamdiu iacuerat, lingua eius incorrupta, et vivida reperta est, quæ sexto post anno judicibus à sede Apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repentè intumuit, et subobscurum rubórem in purpureum commutavit. His itaque aliisque signis ritè probatis, Benedictus de-

cimus tertius Pontifex Maximus die decima nona mensis Martii, anno salutis Millesimo Septingentesimo vigesimo nono primum hunc Sacramentalis Sigilli Assertorem, Arcani fidem sanguine obsignantem, Sanctorum Martyrum catalogo adscripsit.

℟. Lætabitur iustus. f: 178.

In III. Noct: Homil: in Evang: Nihil est opertum. ut in Comuni unius Mart: vsp: à ap: 2e seq: com:

Die 17. Maii. Semi

S. Ubaldi Ep. et Conf: dup.

Omnia de Comm: Conf. Pont. præter sequentia:

Oratio.

Auxilium tuum nobis Domine, quæsumus placatus intende: et intercessione beati Ubaldi Confessoris tui, atque Pontificis; contra omnes diaboli nequitias dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum nostrum IESUM Christum ꝯ.

In I. Nocturno Lectiones: Fidelis sermo.

℣ Absolutio: Ipsius pietas ℟

In II. Noct: Lect: V.

Benedictio: Deus Pater ℟.

Ubaldus, Eugubii in Umbria nobili genere natus à primis annis pietate, et literis egregiè est institutus: iamque adolescens, ut uxorem duceret, sæpe tentatus, nunquam tamen à proposito ~~virginitatis~~ servandæ virginitatis recessit. Sacerdos effectus, patrimonium suum pauperibus, et Ecclesiis distribuit: et Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini institutum suscipiens, illud in Patriā transtulit, atque in eo aliquamdiu sanctissimè vixit. Cuius sanctitatis opinione evulgata, ab Honorio secundo summo Pontifice Ecclesiæ Eugubinæ invitus præficitur, et Episcopalis consecrationis munere decoratur.

℟. Inveni David. f. 31.

Lect: VI.

Ad suam itaque revertens Ecclesiam,

cum de consueta vivendi ratione nihil admodùm immutasset, in omni tamen virtutum genere eò magis eminere cœpit, quò efficaciùs aliorum etiam salutem verbo, et exemplo procuraret, factus forma gregis ex animo; nam victu parco, vestitu moderato, lectulo aspero, et pauperrimo Crucis mortificationem iugiter in suo corpore circumferebat, dum inexplebili orationis studio spiritum quotidie recrearet. Hinc admirabilem illam mansuetudinem est adeptus, qua gravissimas iniurias, et contumelias non modò æquanimiter tulit, verùm etiam mirifico dilectionis affectu persecutores suos omni benignitatis testimonio complectebatur.

℟. Posui adiutorium. f. 32.

Lect: VII.

Biennio, antequam ex hac vita migraret,

cùm diútinis afflictaretur infirmitatibus inter acerbissimos corporis cruciatus, velut aurum in fornace purgatum, Deo gratias indesinenter agebat. Adveniente autē Sacro Pentecostes die, cùm multis annis Ecclesiam sibi commissam summa cum laude gubernasset, sanctis operibus, et miraculis clarus quievit in pace. Quem Cœlestinus Papa tertius in Sanctorum numerum retulit.

℟. Iste est, qui ante Deum. f: 33.

Lect: VIII.

Eius virtus præcipuè in effugandis spiritibus immundis elucet. Corpus verò per tot secula incorruptum magnâ fidelium veneratione in Patria colitur, quam non semel à præsenti discrimine liberavit.

℣. Iustum deduxit. F. 35.

In III. Noct: Homo peregrè.

S. Venantij Mart. Semid.

Post Hymnum ad Vesperas ponitur hæc Rubrica: „ Si festum S. Venantii transfera-
„ tur, et Hymnus non fuerit recitatus ad
„ Vesperas, unitur cum sequenti ad Matuti-
„ num, primâ conclusione Sit laus Patri p
„ omissa.

Reliqua ut in Veteri Brev: f: 642. et segq.
Parte Vern:

♀ Die 25. Maü. sed fixū apud nos 29. maii.

S. Genadii Ep. et C. dup.

Omnia ut in Parte Vern: Vet: Breviarii f: CCXXVI. 12. Recv. 61 Lectio 12. de S. Urbano, nisi impediatur. ut f: 651. cit: Brev:

♀ Die 25. Maü S. Gregorii VII vid: f: 440.

Die 26. Maii.

S. Augustini Ep. et Conf. dup.

Oratio

Deus, qui gentium conversione pias beati Augustini Confessoris tui, atque Ponti-

ficis preces misericorditer susceptisti: eius meritis, et intercessione concede; ut peccata nostra deflentes, indulgentiarum tuarum munere consolemur. Per Dominum.

Reliqua ut in Vet: Br: parte Vern: f: CCXXVIII. Æ. CCVII. 65
Lect: 12. de S. Eleutherio. f: 654.

Die 27. Maii.

S. Bedæ Presbyteri, Confess: et Doctor: Duplex.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Vernali f: CCXXX. Æcit. m. Jun. in ord. et seqq. Lect: 12. de S. Ioanne P. m. f. 654. ex duabus fit una. vide 26 et seq. com prob.

Die 28. Maii.

S. Bonifacii IV. P. C. Duplex.

In Hymno Iste Confessor. Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui populo tuo, in multis periculis constituto, beati Bonifacii Confessoris tui, atque Pontificis mirâ vigilantiâ pro-

vidisti: concede propitius; ut cuius glo-
riosa merita veneramur, perennibus auxi-
liis muniamur. Per Dnum.

℣ Absolutio Ipsius pietas.
Benedic: Deus Pater om-
nipotens.

In II. Noct: Lect: V.

Bonifacius huius nominis quartus, Ioan-
nis filius, Valeriæ Marsórum natus, ex
Monacho ordinis Sancti Patris Benedicti
in Monasterio Sancti Sebastiani ad cata-
cumbas extra muros Urbis, ex Presbýte-
ro Cardinále sub Imperatore Phoca ad
Pontificatum assumptus est die Domini-
ca, decima Octava Septembris, anno Do-
mini sexcentesimo septimo: seditque an-
nos sex, menses octo, dies tredecim, dua-
bus ordinationibus peractis mense De-
cembri, in quibus Episcopos viginti quin-
que, Diaconos octo creavit.

℟. Inveni David. f: 31.

Lect: VI.

Erat Bonifacius super omnes homines

mitissimus, ac misericors. Clerum unicè amabat, illúmque beneficùs quamplurimis cumulavit. Statim paternam domū in Monasterium erexit, et fundos suos in Monachorum usus eidem Monasterio adscripsit. Sed, ut longè maiori beneficio huius instituti homines sibi obstringeret, convocatis ad Synodum Italiæ Episcopis, sanctis legibus labentem Monachorum disciplinam restituit, eorúmque hostes coërcuit, qui ipsos, etsi auctos Sacerdotio, ab administratione Sacramentorum arceri volebant, cóndito ea de re Synodali decreto.

℟. Posui adiutorium. f. 32.

Lect. VII.

Sedente eodem beato Pontifice in Apostolico throno, habitum est anno sexcentesimo decimo mense Martio, Concilium Romanum in causa Ecclésiæ Anglicánæ; Mellitus enim

Londonien∫is Epi∫copus (: qui unus fuit ex iis Monachis Sancti∫∫imis Ordinis ∫ancti Patris Benedicti, quos à Divo Gregorio Magno beatus Augu∫tinus Archiepi∫copus Cantuarien∫is ad prædicandum Chri∫ti Evangelium in Anglia ∫odales accepit :) Romā petierat de nece∫sariis Eccle∫iæ Anglorum cau∫is cum ∫umo Pontifice tractaturus. Synodum Boni∫acius Epi∫coporum Italiæ coëgit, quæque in ea decreta ∫unt, auctoritate ∫ua confirmavit, et ∫ancto Mellito unà cum epi∫tolis beato Laurentio ∫ancti Augu∫tini in Cantuarien∫i Archiepi∫copatu Succe∫∫ori, et Clero univer∫o tradidit in Britannia obſervanda.

℟. Iste est, qui ante. f. 33.

Lect. VIII.

Ab Imperatore Phoca Sanctiſsimus Pontifex nobile Romæ delubrum, Pantheon vocatum obtinuit, ſexcentis triginta duobus prope anniſ, poſtquam illud in idolorum cultum con-

ditum fuerat. Ipsum ad Religionem Christianam translatum, et solemni ritu in Ecclesiam consecratum Deo in honorem Deiparæ Virginis et Sanctorum Martyrum dicavit, atque ad maiorem venerationem ei conciliandam incredibilem Sacrarum Reliquiarum vim, ex diversis arenariis eductam, in illud inferri, et iuxta principem Aram condi curavit. Denique beatissimus Pontifex monita, et exempla Sancti Gregorii Magni opere, ac dignis moribus impensè sectatus, sub Heraclio virtute, ac meritis clarus obdormivit in Domino Octavo Kalendas Iunii.

℟. Iustum deduxit. f: 35.

In III. Noct: Homo peregrè.

Vide f: 396.

Die 29. Maii.

S. Philippi Nerii Conf: Dupl.

omissa Cal. ad com. S. Claudii C. M. vide ut in Fest. 26 maij. Cal. in nova Ed. ubi de hac Festo clarius exponit.

In Parte Vern: Veteris Breviarii refertur hoc festo die 26. Maii. Omnia ut ibi, sed Sextæ lectioni addendum est initium Septimæ lectionis usque ad hæc verba: Prophetiæ dono, exclusivè. Et Sept-

me lectioni addatur initium Octavæ lectionis usque ad hæc verba: „Denique anno salutis„ etiam exclusivè.

NB. Si imprimitur, totus 2.^{us} Nocturnus extrahatur.

Die 30. Maii.

S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. Semidupl.

Vide folio 400.

Hoc festum habetur in Parte Vern: Vet: Brev: die 25. Maii. f: 650. Omnia ut ibi, sed Septima lectio terminetur cum his verbis: „tormenta para„tam offerebat. Reliqua proponantur Octavæ lectioni. Lectio 12. de Felice f. 655. in Vet. Brev. Si imprimitur, totus 2. Noct: extrahatur.

FESTA IUNII.

Die 1. Iunii.

S. Enneconis Abatis Duplex.

In Veteri Breviario Parte Vernali paginâ CCXXXIV. In Parte verò Æstivali paginâ CCXIII.^{tr} Omnia ut ibi.

Iunius.

Die 5. Iunii.

S. Bonifacij Ep. et Mart:

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris.

Oratio.

Deus, qui multitudinem populorum beati Bonifacii Martyris tui, atque Pontificis prædicatione ad agnitionem tui Nominis vocare dignatus es: Concede propitius; ut ipsius intercessione omnes ad te feliciter pervenire mereamur. Per Dominum.

*Absolut: Ipsius pietas, et
Benedic: Deus Pater omnipp. In II. Noct: Lect: V.

Bonifacius, natione Anglus, cùm adhuc puer quinque annorum esset, in quodam cœnobio Ordinis Sancti Benedicti in Anglia, quod Muschella dicitur, à parentibus Domino serviturus oblatus est, in quo sub disciplina Wolfardi, ac postea Wigeberti Abbatum, proficientibus eius ex tempore meritis, trigesimo vitæ suæ anno Sacerdotii gradum suscepit, tantúmque Divinis literis studium impendit, ut Doctor omnium clarissimus ha-

beretur, et esset. Tandem amore Christi, et
Zelo animarum accensus, cum licentia sui Ab-
batis Traiectum in inferiore Germania cóm-
migrans, per annos tredecim Frísonum, Fran-
corúmque gentem in fide Catholica diligen-
ter instruxit. R. Honestum fecit. f. 37.

Temp. Pasch: R. Lux perpetua. f: 175.

Lect: VI.

Quibus virtutibus illustris à Gregorio se-
cundo Pontifice summo Romam accersitus,
ab eo Episcopus consecratur secundo Ka-
lendas Decembris, et Bonifacius dici voluit,
cùm antea Winfridus appellaretur, præsti-
tóque iuramento de fidei puritate conservan-
da, Moguntinæ civitatis primus Episcopus
designatus, ad illuminationem totius Germa-
niæ destinatur. Unde Germanorum Apostolg
dici meruit. Brevi siquidem tempore Fran-
coniæ, Bavariæ, Thuringiæ, ac Saxoniæ
populos Deo aquisivit, ubique vitia exstirpans

virtutes, templa, ac Monasteria plurima erigens, quibus ministros probatissimos præficiebat. R. Desiderium. f. 39.

Temp: Pasch: R. In servis suis. f. 176.

Lect: VII.

Postquam ergo decem et sex annis per Frisiam prædicâsset, in Dockum óppido, nunc Leovardiensis Diœcesis, anno Domini septingentesimo quinquagesimo quinto nonis Iunii ab infidelibus oppressus, martyrio coronatus est cum suis, quos plures, quàm quinquaginta in fidei prædicatione cooperatores habebat, in quibus triginta Monachi memorantur. Quorum omnium Sanctorum Martyrum corpora Traiectenses accipientes, honorificæ sepulturæ tradiderunt. Sanctum tamen Bonifacium, victi precibus Lúlii Archiepiscopi, Moguntiam remiserunt, quem ille in Fuldensi ~~Monasterio~~ Cœnobio, ab eodem Bonifacio structo, plurimis insignem miraculis sepelivit.

R. Stola iucunditatis f. 40.

Temp. Pasch: Rk. Filiæ Ierusalem p. F. 177.

Lect: VIII.

Scripsit Sanctus Bonifacius vitas quorundam Sanctorum, et breves tractatus, opúsque insigne de Virtutibus, et vitiis, versibus exaratum. Eius etiam scitè dictum de Sacerdotibus in Concilio Triburiensi refertur; Interrogatus enim; an liceret in vasculis ligneis Sacramenta conficere? respondit: Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur: nunc econtra lignei Sacerdotes aureis calicibus utuntur.

* Rk. Posuisti Dne. f. 41.

* In 3. Noct. Si quis venit ad me. extra tempus Pasch. Missa statuit. ut videre est in novo Missali Tullensi.

Temp: Pasch: Rk. Lætabitur iustus. f. 178.

In 3. Noct: Ego sum vitis vera. Temp. Pasch: Missa Protexisti. Orat: ppria.

Die 6. Iunii.

S. Claudii Ep. Conf: dup.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis,

quique hodierna die beatum Claudium Confessorem tuum, atque Pontificem æternæ beatitudinis gloriâ sublimasti: concede propitius; ut cuius merita venerámur in terris, intercessionis eius auxilio apud tuam misericordiam muniamur in cælis. Per Dominum.

Reliqua ut in Vet: Brev: part: Vem: f: ccxliii.
Parte Æstivali f: ccxxv. 67.

Die 7. Iunii.

S. Norberti Ep. et C. dupl.

In Vet: Brev: fuit 6. huius. P. Vem: f. 658.
Parte verò Æstiv: f: 330. omnia ut ibi.

Die 10. Iunii
Vide f. 420.

Die 12. Iunii

S. Leonis III. Pap. et C. dupl.

Oratio.

Deus, qui beatum Leonem Confessorē tuum, atque Pontificem virtute constantiæ in exercendo pastorali munere contra

seculi potestates corroborasti: tribue quæsumus nobis famulis tuis; et eius apud te intercessionibus adiuvari, et ab omni hostium impugnatione defendi. Per Dominum.

Deinde fit comm: SS: Basilidis, ut in Vet. Br. P. Vern: f: 667. Parte verò Æstiv: f: 339.

In II. Noct: Lect: V.

* Absolutio: Ipsius pietas, p. Benedictio: Deus Pater omnipotens, p.

Leo huius nominis tertius, Romanus, ex Patre Asúppio, à pueritia omni Ecclesiastica ac divina disciplina instructus, Monasticum habitum sancti Patris Benedicti induit. Deinde Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Susannæ creatus, castimoniâ, facundiâ, animi constantiâ, beneficentiâ in pauperes, ingenii mansuetudine, et Divini honoris, rerúmque Ecclesiasticarum zelô insignis fuit. His virtutum gradibus ad supremam Pontificatûs dignitatem, novorum meritorum splendore

ab ipso deinceps illustratam ascendit, in templo sanctæ Susannæ ad thermas Diocletianas incredibili omnium plausu, ipso die obitûs Adriani, septimo Kalendas Ianuarii anno Christi septingentesimo nonagesimo quinto electus.

℟. Inveni David. f. 31.

Lect. VI.

Beato Pontifici omnia prosperè initio evenisse sunt visa: mox tamen factione quorundam impiorum ipsius felicitati invidentium, oculis et linguâ mutilatus, vulneribus penè confectus, ac semivivus relictus, postridie per insigne miraculum sanus inventus fuit. Ex coniuratorum manibus à Spoletano Duce ereptus Leo, ad Carolum Magnũ Francorum Regem profectus est, eiusque hæc prima vox fuit ad Regem: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax homini-

bus bonæ voluntatis: Nempe se summîs licèt affectum iniuriûs, nuntium pacis, non bellorum, aut dissidiorum adesse, sanctissimè affirmavit. Sceleris tamen atrocitate permotus Carolo Romam primò è Germania Pontificem cum honore remisit, ac ipsemet mox Urbem petiit, eique Leo Romanum Imperium detulit, et suis persecutoribus vitam precibus obtinuit.

℟. Posui adiutorium. f: 32.

Lect: VII.

Pridie Kalendas Maii Anno Domini Octingentesimo primo, horâ secundâ noctis maximo terræ motu Italia tota concussa est, múltaque ubique ædificia corruerunt; sed inprimis Romæ tectum Basilicæ Sancti Pauli procubuit: ob id institutum est à Leone, ut præcedentibus tribus Ascensionem Dominicam diebus

supplicationes ad diversa templa haberentur, ac statim eandem Ecclesiam pristino splendori restituit. Peregrinis amplissimum Xenodochium exstruxit: patrimonium, aliósque fundos pauperibus adscripsit. In maiori à se exstructo apud Basilicam Lateranensem Triclinio, quod Sumorum Pontificum, et Imperatorum conviviis instruendis designaverat, publicæ pacis iam partæ, et Imperü Occidentis in Carolum ab Apostolica sede translati monumentum Musivo opere exprimi voluit.

℟. Iste ~~sanctus~~ est, qui ante. f: 33.

Lect: VIII.

Basilicas sacrásque ædes tum intra, tum extra Urbem instauravit, eásque tot, tantisque divitiis locupletavit, tam singulari munificentia ornavit religiosissimus Pontifex ut id fidem omnem superare videatur. Cùm maligni quidam homines semina rixarū

inter Sanctum Leonem, et Carolū Magnum spargere conarentur, inter alia ad ipsum scripsit Imperator, quòd, qui per mendacium, et malas machinationes vult Filium separare à Matre, iudicium habebit cum ipso Clavigero Regni cœlorum beato Petro apostolo. Tribus ordinationibus mense Martio celebratis, quibus Presbyteros triginta, Diáconos úndecim, Episcopos viginti sex creavit. Sanctissimā vitam pio fine coronavit pridie jdus Iunias, anno Christi Octingentesimo decimo sexto, cùm annos viginti, menses quinque, dies decem et septem sedisset, ac in Vaticana Basilica sepultus est.

℟. Iustum deduxit. f. 35.

In 3. Noct: Homo peregrè. Lect: 12. de SS. Mm. cx duab. una. Z

Die 14. Iunii. Orat: propr: supra f: j^mo

S. Felicis Martyris dupl. in Min: Brev: deest.

Omnia ut in Vet: Br: Part: Æstiv: f: CCXV.

15. Iunij

Vide f. 403. SS. Viti, Modesti, & Mart. dup.

Die 15. Iunii.

~~2dus Nocturnus totus extrahat~~ Oratio, et Lectiones 2di Nocturni ut in Vet. Brev: sed ita distribuuntur: Lectio 5ta incipit: „Vitus admodum puer.

Lectio 6ta Ibi eam sanctitatis laudem.

Lectio 7ma Quos ubi constantiores.

* Absolutio A vinculis, Benedict: Evangelica lectio. Lectio 8va Quare inflammatus irâ. ℣

In III. Noct: Lect: IX.

Cap. 10. g. Lectio S. Evangelii secundū Lucam.

In illo tempore dixit IESUS discipulis suis: Qui vos audit, me audit; Et, qui vos spernit me spernit. Et reliqua.

lib: 3. in Luc. c. 42. Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ut in audiendo quisque vel spernendo Evangelii Prædicatore non viles quasque personas, sed Dominum Salvatorem, imò ipsu Patrem spernere se, vel audire disceret, ait: Qui vos audit, me audit: et, qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit: quia procul du-

bio in discipulo Magister auditur; et in filio Pater honoratur. Potest et ita intelligi: qui non facit misericordiam uni de fratribus meis minimis, nec mihi facit, quia et ipse pro his formam servi, et pauperis habitum suscepi.

℟. Propter testamentum Domini et leges paternas sancti Dei persistiterunt in amore fraternitatis: * Quia unus fuit semper spiritus in eis et una fides. ℣. Ecce quàm bonum, et quàm iucundum habitare fratres in unum. * Quia unus.

Benedictio. Ille nos benedicat. ℘.

Lect: X.

Reversi sunt ~~eteo~~ autem septuaginta duo cū gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Benè quidem confessi sunt, deferentes honorem nomini Christi; sed quia infirmâ adhuc fide gaudebant virtutibus, vide, quid audiunt. Et ait illis: videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem: non modò video, sed priùs

videbam, quando cecidit; quod autem ait: sicut fulgur; vel præcipitem de supernis ad ima lapsum significat, vel quia deiectus adhuc transfigurat se in Angelum lucis.

℟. Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis; * Mercedem laboris ego reddam vobis. ℣. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. * Mercedem.

Benedictio. Quorum festū colimus &c.

Lect: XI.

Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones. Hoc est, omne genus immundorum spirituum de obsessis corporibus ejiciendi: quamvis et ad litterā rectissimè possit accipi: siquidem et Paulo à vipera invasus nihil adversi patitur.

℟. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, * Et nomina eorum vivent in generationem et generationem. ℣. Sapientiam Sanctorum narrent Populi, et laudem

eorum pronuntiet omnis Ecclesia. * Et nomina. Benedictio. Ad societatem ℣.

Lect. XII.

Hoc sanè inter serpentes, qui dente, et Scorpiones, qui caudâ nocent, distare arbitror; quòd serpentes apertè sævientes, Scorpiones clam acúleo suo insidiantes, vel homines, vel dæmones significent: serpentes, qui inchoandis virtutibus venena pravæ persuasionis obïiciunt: Scorpiones, qui consummatas virtutes ad finem vitiare contendunt. Verúmtamen in hoc nolite gaudere: quia Spiritus eïícere, sicut et virtutes álias facere interdum non est eius meriti, qui operatur, sed invocatio Nominis Christi hoc agit.

℟. Iustorum anima in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, * Illi autem sunt in pace. ℣ Deus tentavit illos, et

invenit eos dignos se. * Illi autem. Gloria Patri. * Illi autem.

Cap. 10. c.

Sequentia Sancti Evangelii secundùm Lucam.

In illo tempore: dixit IESUS discipulis suis: qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce! dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones, et super omnem virtutem inimici: et nihil vobis nocebit. Verúmtamen in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

sup à cap. de seq. comprd

Die 16. Iunij.

S. Ioannis à S. Facundo Conf.

Duplex.

Omnia de Cōmuni Confeſs: non Pont: præter ea, quæ ſequuntur.

Oratio.

Deus auctor pacis, et amator charitatis, qui beatum Ioannem Confeſſorem tuum mirificâ diſſidentes componendi gratiâ decoraſti: eius meritis et interceſsione concede; ut in tua charitate firmati nullis à te tentationibus ſeparemur. Per Dominū.

In I. Noct:

Lectiones: Iustus si morte. de Communi.

In II. Noct:* Lect. V. *Absolutio. Ipsius pietas. Benedictio. Deus Pater omnip. p.

Ioannem Sahagúni in Hiſpania nobili genere natum parentes, cùm diu prole caruiſsent, püs operibus et orationibus à Deo impetrarunt. Ab ineunte ætate egregium futuræ ſanctitatis ſpecimen dedit:

nam è loco superiori ad cæteros pueros crebrò verba faciebat, quibus eos ad virtutem et Dei cultum hortabatur, eorúmque dissidia componébat. In Patria Monachis sancti Facundi Ordinis sancti Benedicti primis literarum rudimentis imbuendus traditur: dum üs operam daret, curavit, ut Parochus Ecclesiam administraret, quod munus juvenis, nullis rationibus adduci potuit, ut retineret. Inter familiares Episcopi Burgensis adscriptus, obspectatam ipsius probitatem intimus ei fuit, ab eóque Presbyter et Canonicus factus multis beneficiis auctus est. Sed relictâ aulâ Episcopi, ut Deo quietiùs serviret, omnibus Ecclesiæ proventibus abdicatis, se cuidam sacello addixit, ubi sacrum quotidie faciebat, ac de rebus divinis magna cum auditorum ædificatione frequenter concionabatur.

℟. Honestum fecit illum Dnus. f. 22.

Lect: VI.

Postea studiorum causâ Salmánticam profectus in celebre collegium divi Bartholomæi cooptatus, sacerdotis munus ita exercuit, ut simul optatis studiis incumberet, et in sacris etiam Concionibus assiduè versaretur. Cùm verò in gravissimum morbum incidisset, arctioris disciplinæ voto se obstrinxit; quod ut redderet, cùm priùs cuidam pauperi penè nudo ex duabus, quas tantùm habebat vestes, meliorem dedisset, ad Cœnobium Sancti Augustini severiori disciplinâ tum maximè florens, se contulit, in quo admissus, obedientiâ, animi demissione, ac oratione provectiores anteibat. Triclinii cura cùm ipsi demandata esset, vini doliolum, ipso attingente, omnibus Monachis per annum abundè suffecit. Exacto tyrocinii anno

Præfecti iussu munus concionandi suscepit. Salmánticæ id temporis adeò cruentis factionibus divina, humanáque omnia permixta erant, ut singulis propémodū horis cædes fierent, et omnium ordinū, ac præsertim nobilium sanguine non viæ solùm, et fora, sed templa etiam redundarent. R. Amavit eum. f. 24.

Lect. VII.

At Ioannes tum concionibus, tum privatis colloquiis civium animos demulcens, ad tranquillitatem Urbem reduxit. Virum Principem graviter offendit, quòd illius in subditos sævitiam increpasset. Qua de causa equites duos immisit, qui eum in itinere confoderent: iamque ad ipsum propinquaverant, cùm, stupore divinitùs immisso, simul cum equis immobiles steterunt, donec ad pedes Sancti Viri provoluti sceleris veniam precarentur. Ipse

quoque Princeps repentino terrore perculsus iam de salute desperaverat, cùm revocato Ioanne facti pœnitens incolumitati redditus est.

℟. Iste homo. f. 25.

Lect: VIII.

Factiosi autem homines, cùm eum fustibus peterent, brachiis diriguêre, nec ante redditæ vires, quàm delicti veniâ precarentur. Christum Dominum, dum Sacrū faceret, præsentem contuêri, atque ex ipso divinitatis fonte cœlestia misteria haurire solitus. Abdita cordis inspicere, ac futura raro eventu præsagire frequens illi fuit: fratrisque filiam septennem mortuam excitavit. Denique, mortis die prænuntiato, et Ecclesiæ Sacramentis devotissimè susceptis, extremum diem clausit, multis ante, et post obitum miráculis

glorioſus. Quibus ritè probatis Alexander Octavus Sanctorum numero eum adſcripſit. Rx. Deſiderium. f. 27.

In III. Noct: Sint lumbi veſtri.

Die 17. Iunii.

S. Baſilii Magni Ep: et Conf: dupl.

In Hymno Meruit ſupremos.

In Vet: Brev: 14. huius. f. 341. Omnia ut ibi.

Die 19. Iunii.

SS. Gervaſij et Protaſii Mm.

Semiduplex.

Omnia de Comuni plurim: Mart: præter ea quæ hic notantur:

#ut in Breviario. Oratio pro Lectione V. et VI. ſume ex ut in Veteri Brev.

Certam IIdam et IIIam. Lectio vero VII. et VIII. de ſerm: S. Auguſtini Ep. Quotieſcunque. ut in Comm:

In III. Noct: Deſcendens IESUS. de eodem Comuni. Rx. 10. Hæc eſt vera frat:

In 2. Veſp: Com: S. Silverii P.m. Or. Infirmitatem. Et S. Florentinæ Virg. Or. Exaudi.

Iunius.

223.
20 Jun. S. Juliana
Die Falconerij
21 Jun. S. Aloysij
Gonzaga

Die 20. Iunii.

Post comm: S. Silverii fit com: S. Florentinæ Virg: in Laud. et Missa.

Die 22. Junii
1 Cyrilli Ep. conf.
In Vesp. de supra comm:
S. Ediltrudis Virg.
Or. Exaudi.

Die 23. Iunii

Post Orationem Vigiliæ S. Ioannis fit comm:
S. Ediltrudis Virg: in L. et M. Or: Exaudi.

Die 24. Iunii

In Nativitate S. Ioannis Bapt.
duplex i. Classis.

Rubrica: „Si Festum S. Ioannis Baptæ occur-
„rat in die Corporis Christi, hoc singulare
„habet privilegium, ut illius officium trans-
„feratur in sequentem diem 25.ta à quocun-
„que alio Officio 12. lectionum etiam impe-
„ditam, cum commem: Octavæ. Sed in 2. Vesp.
„Corporis Christi fit tantùm comemoratio St.
„Joannis Baptistæ.

Die 26. Iunii

SS. Ioannis et Pauli Mm. dupl.

Reliqua ut in Veteri Breviario.

Die 30. Iunii.

In Commemoratione S. Pauli Apost.

Duplex.

Rubrica: „ Si commem: S. Pauli venerit
„ in die Octava Corporis Christi, transfer-
„ tur in primam diem non impeditam.
„ In propria verò Ecclesia fit Officium de Eo.

Reliqua ut in Veteri Breviario, in quo ultima Rubrica die 30. junii posita (quo incipit: „ Si commen: S. Pauli p:) est abrogata.

4. Iulii Udalricus Ep: inseratur.

G. fol. oct. SS. Ap. Petri et Pauli dupl. in 2. Vesp. à Capp. de seq. com. prae cin. duby Apost. V. officium. oratio seq. ang. Deum.

FESTA IULII.

Die 7. Iulii.

S. Willebaldi Ep. et Conf. Dupl.

Omnia ut in Vet: Brev: Part: Æstiv. f. CCXVII.

Die 8. Iulii.

S. Chiliani Ep. et Mart. Semid.

Omnia ut in Vet. Brev. Part. Æstiv: f. CCXVIII.

Die 9. Iulii.

S. Elisabeth Reginæ Lusitan: Viduæ

Semiduplex.

In Veteri Breviario ponitur die 8.vo huius f: 390. Omnia ut ibi.

Die 15. Iulii.

S. Henrici Imperatoris, et Conf:

Duplex.

In Hymno Iste Confessor, dicatur: Meruit secreta. in novo enim Breviario est erratū, quod ponatur Meruit supremos. iuxta clarā Rubricam in Hymno Iste Confessor positam.

~~supremos~~ Reliqua ut in Vet: Brev:

Die 16. Iulii.

B.V. Mariæ de Monte Carmelo

Duplex Maius.

Oratio, Item Lectiones et Responsoria II. Nocturni ut in Vet: Brev: f: CCXXXI. et seqq: in Brev. min. mod.

Reliqua omnia dicuntur ex festo ad Nives die 5. Augusti, præter ea, quæ hîc ponuntur:

In I. Vesp: Antiph: Ad Magnificat.

Sancta Maria succurre miseris, iuva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fœmineo sexu; sentiant omnes tuum iuvamen, quicunque celebrant tuam solemnem Cōmemorationem.

cm. oct.

In III. Noct: Rx. 9. ut ad Nives, sed in fine eiusdem, loco: Tuam sanctam festivitatem. dicitur: Tuam solemnem Comemorationem.

Ad Benedictus:

Ana. Caput tuum ut Carmelus, et comæ capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus alleluia.

In II. Vesp. Omnia ut in Primis.

Ad Magnificat.

Ana. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, et Saron alleluia.

Die 17. Iulii.

S. Leonis IV. Papæ Conf. Dupl.

Oratio.

Preces populi tui supplicantis quæsumus Domine propitius respice: et intercessione beati Leonis Confessoris tui atque Pontificis cuius hodie solemnia colimus; flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Dominum.

In II. Noct: Lect: V.

Leo huius nominis quartus natione Roma-

* Absolutio. Ipsig pietas. Benedictio. Deus Pater omnipotens &c.

nus patre Radulpho in Monasterio sancti Martini Ordinis sancti Pattis Benedicti litteris imbutus, vitam religiosam professus est. Ex quo ob virtutum décora ad Lateranense Patriarchium à Gregorio quarto evocatus, subdiaconus ordinatus est. Deinde à Sergio secundo Presbyter Cardinalis constitutus titulo Sanctorum quatuor Coronatorum propositus fuit. Post eiusdem Sergii obitum eádem die (: invitus licèt :) omnium votis ad sanctam sedem promotus est. Leonē Pontificatu dignissimum fecêre Religio, pietas, innocentia, humilitas, benignitas, iustitiæ amor, charitas in plebem, beneficentia in pauperes, assiduitas in Vigilijs, et Orationibus, eruditio sacra, et prudentia cum simplicitate morum admirabilis coniunctio.

℟. Inveni David. f. 31.

Lect: VI.

Ne deinceps liceret Ecclesiæ hostibus Basilicam sancti Petri una vel levi incursione

spoliare, et incendere, ut ante consueverant, mœnibus Vaticanum cinxit: et primo Pontificatûs sui anno novam civitatem inchoavit, sexto absolvit, eámque Leonínam de suo nomine appellavit, sacra prece lustravit, tres super muros orationes fundens, illámque beati Petri patrocinio commendavit. Alia quoque mœnia, arces, portasque Urbis reparavit. Tiberinam oram turribus munivit, direptas Basilicas restauravit, et ornatum domûs Dei sublatum restituit. Saracenos ad alteram Urbis direptionem iam accinctos suis precibus fregit, et eorum classem dissipavit, compluribus in ipso prælio desideratis, plerisque captivis Romam perductis.

℟. Posui adiutorium. f. 32.

Lect. VII.

Non terrenis duntaxat munitionibus, sed cœlestibus præsidiis contra hostes Christiani nominis Urbem vallavit beatissimus Pontifex;

nam plurima in ipsam invexit Sanctorum corpora, et inter alia Sanctorum quatuor Coronatorum, quorum Ecclesiam in pulchriorem splendidioremque statum à fundamentis erexit. Basilicas, Altaria, Monasteria, atque inprimis cœnobium sanctorum Stephani, et Cassiani, in quo græcos constituit Monachos, restauravit, ornavit, ditavit. Synodum sexaginta septem Episcoporum in Basilica Sancti Petri convocavit, et complures Cánones ad disciplinam Ecclesiasticam spectantes cóndidit. Sæpiùs sacras conciones habuit ad populum, dignum summo Pontifice ostendens, ut ípsemet Divini Verbi panem populo Christiano distribueret, ac Apostolos non solùm in regimine, sed et in prædicatione imitaretur.

℟. Iste est, qui ante Deum f. 33.

Lect. VIII.

Miraculis eius est sanctitas comprobata; nam et Basiliscum, cuius halitu et veneno iam multi

extincti fuerant, suis precibus præsens occidit, et maximum incendium Basilicæ Vaticanæ imminens signo Crucis extinxit. Eius sanctitate permotus Rex Angliæ Arnulphus Regnum suum Romanæ Ecclesiæ tributarium fecit, et censum annuum constituit. Octavam Assumptionis Deiparæ Virginis celebrari iussit. Ludovicum Secundum Imperatorē unxit. Etelvulphum Occidentalium Sáxonū in Anglia Regem ad Apostolorum límina profectum honorificè suscepit, filiúmque eius iuniorem Helfridum sanctissimis præceptis institutum Regem coronavit. Vir sanè de Urbe, totáque republica Christiana optimè meritus obiit decimo sexto Kalendas Augusti, anno Octingentesimo quinquagesimo quinto, et sepultus est ad Sanctum Petrum.

℟. Iustum deduxit. f. 35.

In III. Noct: Homo peregrè.

Die 19. Iulii.

S. Alexii Conf: Semidup.

In Hymno: Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui beatum Alexium Confessorem tuū in mundi contemptu mirabilem effecisti: præsta quæsumus; ut intercessionis eius auxilio fideles tui terrena despiciant, et ad cœlestia semper aspirent. Per Dnm.

In II. Noct: Lect. V.

Alexius ꝓut in Vet: Brev: Parte Æstiv. die 17. julii. f. 422. Lectio VI. VII. et VIII. Deridetur iusti simplicitas. Lect: 3. Noct. Ecce nos reliquimus ꝓ de Comuni Abbatum.

Vesp. de seq. com. vdl

Die 20. Iulii.

S. Margaritæ Virg. et Mart. dupl.

Oratio Indulgentiam. Lect: i. Nocturni Confitebor. nisi venerit in Dominica.

In II. Noct.* Lect: V.

*Absolutio. Ipsius pietas. Benedictio. Deus Pater.

Margaríta, quæ et Marína, Antiochíæ Pisídiæ Patre Ædésio Idolórum sacerdote nata, à téneris annis Christiánæ religióni addicta, baptizata est. Quæ, cùm eximiæ esset pulchritudinis, à Præfecto Olíbrio adamatur. Cúmque eam sibi sisti iubéret, ita illam alloquitur: Tuum nobis puella et nomen et religionem edicito. Tum illa; Margarita, inquit, vocor: genere sum nobilis, Religione Christiana. At Præses: duo prima convenientia sunt, tertium verò absurditas est; Nam quid stultius, quàm ut Deum sibi quis faciat crucifixum? Ad hæc Virgo: Unde, dic, oro, didicisti, Dominum IESUM fuisse crucifixum? Tum Præses: Ex libris Christianorum. Cui Margarita: Quænam vecordia est, ut, cùm in eisdem libris legatur et pœna Christi, et gloria; álterum credá-

tis, alterum respuatis.

℟. Propter veritatem. f. 52.

Lect: VI.

His vehementer irâ accensus Præfectus varia tormentorum genera in sancto illo corpusculo consumpsit. Primùm enim virgis cæsam, deinde ungulis fossam in carcerem trudi iubet, ubi et spectro dæmonis formâ terrifici draconis appétitur: sed ad signum crucis tota vis diaboli prosternitur. Producitur iterum Virgo, et cùm in confessione fidei constantior perseveraret, ardentibûs facibûs latera eius exuruntur. Denique multîs superatîs tormentis, truncato capite, victorem per tot coronas Spiritum cælum excepit.

℟. Dilexisti iustitiam. f. 53.

Lect: VII.

Sermo S. Augustini Episcopi. Serm. 113.

Hodiernus dies anniversaria replicatione nobis in memoriam révocat, et quodámodo repræsentat diem, quo sancta Virgo Margarita

coronâ Martyrii decorata, perpetuâ felicitate floruit. Exhortationes eius in divinis revelationibus, triumphosque passionum audivimꝰ, mente spectavimus, religione honoravimus, charitate laudavimus. Debetur tamen etiam â nobis tam devotæ celebritati sermo solemnis, quē si meritis eius ímparem profero, ímpigrum tamen affectum gaudio tantæ festivitatis exhibeo. Quid enim hac Virgine glorioſius, quam viri mirantur facilius, quàm imitantur? Sed hoc=illius potissimum laudis est, in quem credentes, et in eius nomine fideles studio concurrentes, secundùm interiorem hominem, nec masculus, nec fœmina inveniuntur; ut etiam in his, quæ sunt fœminæ, virtus mentis sexum carnis abscondat. Rx. Prudentes Virgines. f. 54.

Lect: VIII.

Calcatus est ergo draco pede casto, et victore vestigio, cùm erectæ demonstrarentur scalæ, per quas beata Virgo Margarita iret ad Deum.

Ita caput ſerpentis antiqui, quod fuit præcipitium fœminæ cadenti, gradus factus eſt aſcendenti. Quid hoc ſpectaculo ſuavius? quid hoc certamine fortius,? quid hac victoriâ glorioſius? Tunc fremebant gentes, et populi meditabantur inania; ſed, qui habitat in cœlis, irridebat eos, et Dominus ſubſannabat eos. Nunc autem poſteri illorū, quorum voces in carne Martyris impiè ſævie-bant, merita Martyris piis vocibus laudant. Neque enim tunc tanto concurſu hominum ad eam occidendam cavea crudelitatis impleta eſt, quanto nunc ad eam honorandam Eccleſia pietatis impletur. Omni anno ſpectat cum Religione charitas, quod uno die cum ſacrilegio commiſit impietas.

℟. Afferentur Regi ℣. f. 55.

In 3. Noct: Simile eſt regnum theſauro. f. clm.



24. Iulii S. Vincentii à Paulo C. sem. fixũ hoc die aliàs 21. h. vide infra pag. 443.

Die 22. Iulii.

In ℣ Vesp: fit commemoratio S. Liborii Episc. et Conf: Oratio Da quæsumus. de com. Conf. Pont.

Die 23. Iulii.

In Laudibus et Missa fit comm: S. Liborii Or: Da quæsumus.

Rubrica: „ Si hodie fuerit sabbatum, legitur
„ Lect: 12. de Homil: Vigilia, et de ea fit
„ commem: ~~S. Liborii~~ in Laudibus ante Commem:
„ S. Liborii. ℣

26. Iul. S. ... Dyl. maj.

FESTA AUGUSTI.

Die 9. Augusti. aliàs 6. huius.

SS. Stephani, et ducentorum Monachorum Martyrum duplex.

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Æstiv: f: CCXX. ℣

Lect. 12. de Vig. S. Laur. com. eius dies et Rom. mox in 7ma Nona

℣ cum comm: Vigil: S. Laur. et S. Romani m. ut in corpore Br: f: 498.

Die 16. Augusti.

S. Hyacinthi Confess. dupl. ℣

℣ in Hymno dic: Meruit Secreta. Ita Rubrica Novi Breviarii in hymno Iste confessor.

In I. Noct. Lect: Beatus vir. de Comuni Conf: non Pont: Si venerit in Dominica, legunte de Scriptura occurrente. Reliqua ut in Vet. Brev.

Die 20. Augusti.

S. Bernardi Abbat. dupl:

Rubrica: „ In I. Noct: Lectiones Iustus si morte.
„ nisi lectiones Dominicæ occurrant legendæ;
„ vel nisi initium aliquod Scripturæ ponen-
„ dum sit. Reliqua ut in Vet: Brev.

Die 25. Augusti.

S. Ludovici Francorū Regis et Conf. Semid.

Sextæ lectioni hæc addantur: „ quare pró-
„ ceres Regni, cernentes, eum sapientiâ
„ Dei præditum, diligebant eum ex ánimo
„ mo, et non mediócriter verebantur.
Reliqua ut in Vet: Brev:

Totus 2dus Nocturnus extrahatur.

Die 29. Augusti.

In Decollatione S. Ioannis Baptæ. Duplex.

Post IImam Lect: in Novo Brev: hæc ponitur
Rubrica: „ Pro S. Sabina Martyre, nisi inci-
„ dat in Dominicam. Et si festum Decollatio-

„ nis S. Ioannis Bapt: transferri contingat,
„ dividitur lectio undecima, et Rx. 12. erit
„ primum tertii Noct: de Comuni uniy Mart.
Reliqua ut in Vet: Brev:

Videf: 405.

Die 30. Augusti.

S. Rosæ à S. Maria Virginis Limanæ duplex.

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Æstiv: f. cc 75 xxxv. præter lectiones 2di Noct:, quæ distribui debent, ut sequitur.

Add. cc xxv

Quinta lectioni adiungitur sexta ex integro.

2 dus Noct: totus ex tractatur

Pro sexta lectione dicitur septima sine mutatione, ut ibi.

Pro septima dicitur Octava, qua terminatur his verbis: „ colliquescere seraphicis ardoribus.

Pro Octava dicitur reliqua pars, quæ incipit: „ Angelo tutelari.

Lectio 12. de felice et Adauto ut f: 553.

Die 31. Augusti.

S. Raymundi Nonnati C. dupl.

In Novo Brev: post Octavum Responsorium ponitur hoc Rubtica: „ Quando Officiū „ S. Raymundi concurrit cum festo S. Ægidii „ abbatis, fiet à Capit. de eodem S. Ægidio, „ cum Commem: S. Raymundi, et SS. 12. Fratrum Mm. Quando autem Officium prædictum S. Raymundi concurrit cum festo „ SS. Angelorum Custodum, secundæ Vesperæ „ erunt de SS. Angelis Custod: cum comem: „ S. Raymundi, et Dominico occurrentis „ tantùm. Reliqua ut in Vet: Breviar. Parte Æstiv: f: 554.

† Vet: Brev. Part. autumn: f: 281. aia ut ibi. vide plura f: 420.

NB.

FESTA SEPTEMBRIS.

Dominicâ 1. Sept. fit Offic: SS. Angelorū Custod: 2. clas. cum Oct. in † Dominica 1ª Mensis est illa, quæ occurrit in calendis, vel prima est post calendas.

Ægidius NB. in min. Brev. leeft

Die 1. Septembris.

S. Ægidii Abbat: Duplex.

NB. Hic

Oratio.

Deus, qui beatum Ægidium Abbatem

erogatis in pauperes divitüs ad eremū mirâ providentiâ traduxisti: fac nos eius intercessione mundi caduca despicere; et sola cœlestia desiderare. Per Dominum.

* Absolutio. Ipsius pietas. Benedictio. Deus Pater omnipotens p.

In II. Noct:* Lectio V.

Ægidius athenienſis nobiliſsimo genere ortus, à prima ætate Divinis literis operam dedit, et ſanctis Chriſtianæ charitatis officüs ita deditus fuit, ut nihil præter ea cogitare, ſeu curare videretur. Itaque parentibus mortuis totum patrimonium vendidit, et pecuniam inde acceptam in páupéres liberali manu erogavit, quin etiā ut nudus Chriſtum ſequeretur, tunicā exuit, et eâ ægrotum egentem texit, qua ille indutus ſtatim convaluit.

℟. Honestum fecit. ſ. 22.

Lectio VI.

Multis deinde miraculis clarus, timens sui nominis celebritatem conscensâ navi in provinciam Narbonensem descendit, et Arelatem ad beatum Cæsariũ prædictæ civitatis Episcopum se contulit, ibique tectus, et incognitus integro biennio remansit.

℟. Amavit Eum Dominus f. 24.

Lect: VII.

Sed cùm charitatis impulsu ægrum curasset, ut auram et concursum populi fugeret, inde etiam discedens in eremum secessit, ubi diu herbarũ radicibus, et cervæ lacte, quæ statis ad eum horis veniebat, admirabili sanctitate vixit.

℟. Iste homo. f. 25.

Lect: VIII.

Cerva autem, insequentibus aliquando canibus Regiis, cùm in antrum Ægidii se recepisset, hac occasione vir Dei à Rege Galliæ inventus est: qui summis precibus ab eo petiit, tandémque obtinuit, ut in loco Speluncæ Monasterium exstrui pateretur, cuius administrationem, flagitante Rege invitus suscepit, eoque munere aliquot annis prudenter, piéque gesto, migravit in cœlum.

℟. Desiderium animæ. f: 27.

*Absolutio. A vinculis peccatorū, p.

In III. Nocti: Lect: IX.

Benedictio Evangelica lectio p.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Mathæum.

In illo tempore: dixit Petrus ad IESUM: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysostomi. 65. in Mathæū. ex concessione S.R.C. 5. Maii 1736.

Quænam sunt hæc omnia, quæ te, dicis beatissime Petre, reliquisse? Arundinem, retia, naviculam, universúmque piscatorum artificium: hæc tua omnia vocas? ita, inquit, sed non ambitione quadam, aut inani gloriâ, verùm ut pauperum plebem hac interrogatione introducam; nam quoniam à Domino dictum est: si vis perfectus esse, vende, quæ habes, et distribue pauperibus, et habebis in cœlo thesaurum.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum, * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et

permanens in innocentia sua. * Ipse.

Benedict: Ille nos benedicat. Lectio X.

Ne quis pauperum opinetur, non posse ad perfectionem se pervenire, cùm non habeat, quæ pauperibus offerat; quærit Petrus, ut tu discas, nihil te minùs propter inopiam habiturum; quærit inquam Petrus, ne, si id à Petro perciperes, præsertim cùm adhuc Spiritûs gratiâ non abundaret, ambiguitate perplexus iacéres, sed ut ab ipso eius Magistro probatâ sententiâ firmâ spe roboreris.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantib9 Dominum suum, quando revertatur à nuptiis. ℣. Vigilate ergo, quia nescitis, qua horâ Dominus vester venturus sit. * Et vos similes.

Lect: XI.

Nam quemadmodum etiam nos pro aliis disputamus, sic Apostolus quoque ad universi orbis commodum non dubitavit interrogare; à superioribus enim patet, nihil de seipso ambiguisse; qui enim ipsorum cœlorum claves suscepit, quantò magis de cœteris, quæ in cælo sunt, confideret?

℟. Beatus vir, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecuniæ: * Ideò stabilita sunt bona ipsius in Domino. ℣. Potuit enim transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit. * Ideò

Lect: XII. Benedictio Ad societatem.

Tu autem illud diligenter expende, quàm ~~dilig~~ exquisitè duo illa, quæ Christus à divite petiit, ut scilicet pauperibus substan-

tiam distribueret suam, et Christum sequeretur, breviter complexus est, dicens: reliquimus omnia et secuti sumus te; ambo enim hæc facta iam erant; Nam sua reliquerunt, ut ipsum sequerentur: et eò, quod omnia reliquerunt, sequi facilius potuerunt: et quoniam reliquerunt, confidere, atque gaudere ipsos admonebat.

℟. O beati viri N. sancta præconia, ò inæstimabilis dilectio charitatis! qui dum sæculi pompam contempsit,* æternæ vitæ coniunctus est: ℣. Cui vivere Christo fuit, et mori lucrum.* Æternæ. Gloria *Æternæ. Evangelium de Comuni Abbatum.

Die 3. Sept. S. Stephani Reg. mem. conf. semid. ponitur Brev. de 2. fest. vesp. de seq. com. prox.

Die 4. Sept:

S. Rosaliæ Virg: Panormitanæ

Duplex.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster; ut

Sicut de beatæ Rosaliæ festivitate gaudemus; ita piæ devotionis eruditamur affectu, et eius intercessione ab iracundiæ tuæ flagellis misericorditer liberemur. Per Dominum. *Absolutio Ipsius pietas. Benedictio Deus Pater.

In II. Noct: Lect: V.

Rosalia Virgo, orta Panormi ex nobili genere, suam originem trahens à Cárolo Magno, in Quisquinæ montem quadraginta circiter mille passibus distantem, sola secédens, paternæ domûs opes, delitias, ac spem maioris amplitudinis ob propinquitatem, et benevolentiam Regum Siciliæ contemnens, cùm tetricæ rupis horrore, et asperitate commutavit, inque antrum, cui tunc unicq, et quidem angustus aditus è superiori loco patebat, intrepidè descendit, eâ

mente, quam characteribus saxo insculptis adhuc patentibus expressit: Ego Rosalia Sinibaldi Quisquinæ et Rosarum Domini filia amore Domini mei IESU Christi in hoc antro habitare decrevi. Qua inscriptione oculis obversante, susceptæ vitæ propositum altiùs cordi infigere, ac divinæ benevolentiæ signa ad castissimæ mentis blandimenta vicissim provocare consuevit.

℟. Propter veritatem. f. 52.

Lect. VI.

In hac specu subterranea sibi, et mundo emortua, consepúltáque IESU Christo, ut soli Deo viveret, diu noctúque latuit, cavens præcipuè in montibus paterni Principatûs, ne

fortè agnita in domum, urbémque patriam abduceretur invita. Cálli-das dæmonum insidias, quæ asperæ vitæ tædium, et solitudinis horrorem animo ingerebant, acriter sæviendo in se ferrea catena, vigiliis, et humicubatione forti animo superasse, antíquæ ícones significant; cumque humanis destituta præsidiis nihil solatij aliunde hauriret, quàm è cælo, Dominus, qui consolatur, et coronat sanctos suos, Angelicis delitiis illam sæpiùs recreabat.

℟. Dilexisti iustitiam. f. 53.

Lect. VII.

Cœlesti deinde consilio ex antro Quisquinensi in horridiorem speluncam peregrini montis, tribus ferè mille passib9

procul Panormo, Rosalia se transtulit, ut, quo difficiliorem pugnam secum ipsa committeret è conspectu domûs paternæ, eò laudabiliùs de contemptis mundi illécebris triumpharet. Latebat ibi ad partem lævam angustꝯ concavus, quem éadem post repertas eiꝯ reliquias illuc venanti, cui se videndā præbuit, dixit: esse suam cellam peregrínam, ubi multum ætatis exegisset.

℟. Prudentes Virgines f. 54.

Lect. VIII.

Hîc tanquam columba in foraminibꝯ petræ gemens in cælestium rerum contemplatione defixa, ad perfectissimam divini amoris normam in solitudine vitam traduxit, et sanctissimè perennibus charitatis rosis, et virginitatis liliis coronata deposuit

pridie Nonas Septembris. Cuius corpꝰ Urbano Octavo Pontifice Maximo diviníitus anno iubilæi totius Siciliæ plausu repertum, illam à peste liberavit.

℟. Afferentur Regi. f. 55.

Reliqua de Cōmuni Virginū primo loco.

Die 5. Septemb. Vide f. 408.

S. Laurentii Iustiniani Ep. et C.

Semidupl. ad libitū.

Rubrica: „ Si inciderit in Dominicam, vel „ in diem infra Octavam, omittitur, cum non „ sit transferendum.

Oratio, et Lectiones II. Nocturni ut in Vet. Brev: Parte Autumn. f. CCXX. Sed Lectioni septimæ additur initium Octavæ lectionis usque ad hæc verba: die octava januarij obdormivit in Domino. inclusivè. Lectio Octava incipit: Pretiosam eius mortem ꝯ. Reliqua ut ibi.

~~2. dus Noct. totus extrahendus~~

Die 6. Sept:

S. Magni Abbat: dupl:

Oratio

Deus, qui beati Magni abbatis prædicationem, ac virtutum merita copiosâ miraculorum gratiâ comprobasti: quæsumus, ut cum plebe tua, quæ per eũ fidei sacramenta percepit; æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum.

Reliqua ut in Vet: Brev: Parte ~~Autumnali~~ Autumnali f. CCX.

Die 9. Sept.

Secunda die infra Oct: Nativ: B.V.M.

post III. Lectionem hoc ponitur Rubrica: „ Pro
„ S. Gorgonio Martyre, etiamsi contingat fieri
„ Officium 12. lectionum; excepta tamen Dominica
„ infra Octav: Nativ: in qua fit Officium SS. Nominis
„ Mariæ, et recitanda est lectio 12. de Dominica
„ occurrente. Idem servandũ est in occurrentia
„ aliorum simpliciũ per totam Octav: Nativ: B.V.M.

Die 15. Septb.

In ■. Vesp. fit comm: SS. Editha ℣ Ana: In cœlestibus regnis sanctorum habitatio est, et in æternum requies eorum. ℟

℣. Exultabunt sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio.

Præsta, Domine, precibus nostris cum exultatione proventum: ut sanctorū Edí-thæ, Euphemiæ, Luciæ, et Geminiani, quorum memoriam annua devotione recolimus; etiam fidei constantiam se-quamur. Per Dominum.

Quando autem Festum Cornelii transfertur, tunc Comemoratio pro SS. Editha ℣ in I. Vesp. et Laud. fit de comuni [illegible] mart.

Die 16 Sept:

SS. Cornelii et Cyp. m.m. semid.

Rubrica: „ Si festum SS. Cornelii et Cypriani „ venerit in Dominica, transfertur in primam „ diem non impeditam; Commem: autem S. Edi-„ thæ Virg: et SS. Euphemiæ, Luciæ, et Gemi-„ niani fit in primis Vesperis et Laudibus Domi-„ nicæ, cum duodecima lectione et Responsorio:

omittatur nunc semel

Absterget Deus, p. T Reliqua ut in Vet. Bres: Parte Autumn: f. 341.

Pro S. Editha et SS. Martyribus

Euphemia, p. Esf incidat in Dominicam. mis. 4 Temporu.

Lect: XII.

Edítha Virgo Edgári Anglorum Regis filia, matris Vulfrúdis exemplum secuta, virtutum æmula, in Monasterio Wilthonienſi à teneris annis Deo dicata, cucullóque S. Patris Benedicti induta, ſeculum potiùs ignoravit, quàm reliquit; literis, et aſsiduâ lectione ſanctorum excelluit. Virtutibus ornata præcipuè humilitatem ſororibus inſerviendo mirificè coluit. In pauperes, in hospites, in egenos propensiſsima, liberis Regis leproſos anteferebat; et quantòquis vilior, et deformior appareret, tantò ad eidem inſerviendum promptiorem

7 ſed tunc Antiphona, et Versus non variantur.

se gerebat. Regnum morbus Patre, et Eduardo fratre, à Proceribus regni non solùm oblatum, sed etiam per vim, ut acceptaret, procurantibus, recusavit. Demum prænuntiato à S. Dunstáno suæ mortis die, feliciter ad Sponsum evolavit. Euphemia, Lucia, et Geminianus in persecutione Diocletiani, non eodem loco, sed eodem die, martyrio coronati sunt. Euphemia Virgo apud Chalcédonem, Prisco Procónsule, varia tormentorum genera, virgarum, equulei, rotarum, ignis constanter passa; demum bestiis obiecta, unâ ex iis morsum sancto corpori infigente, cæteris pedes eius lambentibus, immaculatum spiritum Deo réddidit. Lucia, vidua Romana, à filio Eutropio, quòd Christum multos annos coluisset, accusata in ollam pice, ac plumbo ferventem demittitur; unde

incolumis evadens, cùm ferrô, plumbóque onerata per Urbem duceretur, Geminianum nobilem virum, constantiâ ~~martyrii~~ fidei, et martyrii ad Christum convertit: quem etiam cum multis aliis ad fidem perductis, variè tortum, gloriosi martyrii abscisso capite Socium habuit. Quorum corpora Maxima mulier Christiana honorificè sepelivit.

℣ hoc R̄. tantùm dicitur quando eo die celebratur festum SS. Cornelÿ et Cypriani. Quando autē cōmemoratio SS. Editha occurrit in Dominica, iz. R̄. erit: Absterget Deus ℣.

R̄. Iustorum animæ. ℣. 283. ℣

Pro Comm: S. Editha ℣ in Laud:

Ana: Fulgebunt iusti sicut Sol in conspectu Dei. V. Lætamini.

Die 17. Sept:

~~Columba in Min. Brev. deest.~~

S. Columbæ Virg. et M. Dup.

Omnia ut in Veteri Breviario Parte Autumnali ℣. CC. excepto R̄. 7. et 8.

September.

Die 22. Septemb.

SS. Mauritii, et soc: Martyrũ

Semiduplex.

Oratio ut in Veteri Breviario. Lect. i.

Noct: Fratres debitores. *Absolutio Ipsius pietas p.

Benedict: Deus pater p.

In II. Noct. Lect. V.

Sermo S. Eucherii Episcopi. Serm: Unic.

Sub Maximiano, qui Romanæ Reipublicæ cum Diocletiano collega imperium tenuit, per diversas fere provincias laniati, aut interfecti sunt Martyrum populi. Erat in exercitu Légio militum, qui Thebæi appellabantur; viri in rebus bellicis strenui, et virtute nobiles, sed nobiliores fide; erga Imperatorem fortitudine, erga Christum devotione certabant; et Evangelici præcepti etiam sub armis non immemores, reddebant, quæ Dei erant, Deo: et quæ Cæsaris, Cæsari restituebant.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti ſunt iter, ſervientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis validis:* Terra apparuit arida, et in mari rubro via ſine impedimento. ℣. Quoniam percuſsit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt. *Terra.

Benedict. Chrus perpetuæ ſ.

Lect. VI.

Itaque cùm hi, ſicut et cæteri militum, ad pertrahendam Christianorum multitudinem deſtinarentur, ſoli crudelitatis miniſterium detrectare ausi sunt, atque huiusmodi præceptis se obtemperaturos negant. Igitur cógnito Maximianus Thebæórum responso, decimum quemque ex eâdē Legione gladio feriri iubet, quo faciliùs cæteri Regiis præceptis territi metu céderent. Ubi verò ad Thebæos denunciatio iterata pervenit, cognitúmque ab eis eſt, in-

iungi sibi rursum executiones profánas, vociferatio passim, ac tumultus in castris exoritur, affirmantium, nunquam se ulli in hæc tam sacrilega ministeria cessuros: extrema experiri satiùs esse, quàm adversùs Christianam fidem venire.

℟. Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: * Ut hæredes fierent in domo Domini. ℣. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. * Ut hæredes. Benedictio. Ignem sui amoris &c.

Lect: VII.

His deinde compertis, Maximianus omni belluâ cruentior imperat, ut iterum decimus eorum morti detur, et cæteri nihilóminùs ad hæc, quæ spreverant, compellerentur. Quibus iussis denuo in castra perlatîs, segregatus est, atque percussus, qui decimus fortè obvenerat; reliqua verò se

militum multitudo mutuo sermone instigabat, ut in tam præclaro opere persisterent.

℟. Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus, et quasi holocausti hóstiam accepit illos: et in tempore erit respectus illorum: * Quoniam donum et pax est electis Dei. ℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, et fideles in dilectione acquiescent illi. * Quoniam.

Benedictio A cunctis virtūs p.

Lect: VIII.

Incitamentum tamen maximum fidei in illo tempore penes sanctum Mauritium fuit, Primicerium tunc, sicut traditur, Legionis eius, qui cum Exuperio Campiductore, et Candido Senatore militum accendebat, exhortando singulos, et monendo fidem: sequendósque admonebant socios illos, et contubernales suos, qui iam in cœlū præcesserant. His itaque primoribus, atq;

auctoribus animati, Maximiano insaniâ adhuc æstuanti mandata mittunt, sicut pia, ita et fortia; quibus ille auditis, desperans gloriosam illorum constantiam posse revocari, unâ sententiâ interfici omnes decrevit, et rem confici circumfusis militum agminibus iubet. Qui cùm missi ad beatissimam Legiónem venissent, stringunt in Sanctos impii ferrum, mori non recusantes. Cædebantur itaque passim gladiis non reclamantes, sed depositis armis cervices persecutoribus præbentes. Sic interfecta est illa planè Angelica Legio, quæ, ut credimus, cum illis Angelorum Legionibus iam collaudat semper in cælis Dominum Deum Sabaoth.

℟. Certamen magnum habuerunt Sancti Dei: transierunt per ignem et aquam, et salvi facti sunt: * Et coronas acceperunt à

Domino Deo. ℣. Immania enim pro Christo in suis corporibus pertulerunt tormenta. ℟. Et coronas. Gloria. ℟. Et coron.

In III. Nocl: Homil in Evang: Cùm audieritis prælia. de Communi plurimorũ Martyrum.

Die 25. Sept:

S. Gerardi Ep. et Mart. dup.

Oratio.

Deus qui beati Gerardi Sacerdotis Sacras peregrinationes, ac verbi tui præconia gloriosâ Martyrii palmâ cumulasti: præsta quæsumus; ut per eius vestigia gradientes, post mortalis vitæ cursum ad cœlestem patriam perducamur. Per Dominum.

Reliqua ut in Veteri Breviario assignantur Parte Autumn: f: CCII.

Die 26. Septembr.

Impressio SS. Stigmatū S. Franc:

Semiduplex.

In Veteri Brev: habetur 17. huius. f. 343. Omnia ut ibi. Quando lect: 12. erit de Quatuor temp:, vel de Sanct:, tunc ii. Rr. dicitur: ~~Absit a me gloriari~~ Mihi absit gloriari &c.

Die 28. Sept:

S. Wenceslai Duc: et M. Semid.

Omnia ut in Vet: Brev: Part: Autumn: f: CCXXII. ~~praeter~~ lect: i. N. ~~quae postea dicuntur A me~~ Fratres debitores, ~~Letaniae~~ nisi dicendae sint de scriptura.

FESTA OCTOBRIS

Dominica I. Octobr.

In Solemnitate SS. Rosarii B.V.M.

Dupl: Maius.

Omnia dicuntur, ut in festo B.V.M. de Mercede 24. Sept: in Vet. Br: f. 359. praeter ea, quae hic sequuntur. Ad i. Vesp: In Antiphona ad

Magnificat pro ultimo verbo: festivitatem dicitur: Solemnitatem.

Oratio.

Deus cuius unigenitus per vitam, mortē, et Resurrectionem suam nobis salutis æternæ præmia comparavit: concede quæsumus, ut hæc mysteria sanctissimô Beatæ Mariæ Virginis Rosariô recolentes, et immitemur, quod continent; et quod promittunt, assequamur. Per eundem Dnum.

* Lectio

Et fit commem: Dominicæ occurrentis.

* Absolutio Ipsius pietas p.

Benedictio Deus Pater omnipotens p.

In II. Noct: Lect: V.

Cùm Albigensium hæresis per Tolosatium Regionem impiè grassaretur, atque altiùs in dies radices ageret, sanctus Dominicus, qui nuper Prædicatorum Ordinis fundamenta iecerat, ad eam convellendam totus incubuit. Id ut præstaret validiùs, auxilium beatæ Virginis, cuius dignitas illis erroribus impudentissimè petebatur, cuique datum est cunctas hæreses interímere in universo mundo, enixis

precibus imploravit: à qua (ut memoriæ proditum est:) cùm monitus esset, ut Rosarium populis prædicaret, velut singulare adversùs hæreses, ac vitia præsidium: mirum est, quanto mentis fervore, et quàm felici successu iniunctum sibi munus sit executa. Est autem Rosarium certa precandi formula, qua quindecim Angelicarum salutationum decades, oratione Dominicâ interiectâ, distinguimus, et ad earum singulas tóti dem nostræ Reparationis Mysteria piâ meditatione recolimus. Ex eo ergo tempore pius hic orandi modus mirabiliter per Sanctum Dominicum promulgari augerique cœpit: quem eiusdem institutorem auctorémque fuisse Summi Pontifices Apostolicis literis passim affirmarunt.

℟. Sicut cedrus exaltata sum in Libano et sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa: * Dedi suavitatem odoris. ℣. Et sicut cinnamomum et balsamū aromatizans. * Dedi.

Benedictio Chrus perpetua p. Lect. VI.

Innumerabiles porro fructus ex hac tam salutari institutione in Christianam Rempublicam dimanârunt; inter quos Victoria illa meritò numeratur, quam sanctissimo Pontifex Pius quintus, et ab eo inflamati Christiani Principes apud Echinadas insulas de Turcarum tyranno potentissimo reportarunt. Nam cùm illa ipsa die ea Victoria relata sit, qua die sanctissimi Rosarii Sodalitates per universum Orbem consuetas supplicationes peragerent, statutásque preces de more funderent, iis precibus haud immeritò refertur accepta. Quod quidem, cùm etiam Gregorius decimus testatus esset, ut pro tam singulari beneficio beatæ Virgini sub appellatione Rosarii perennes gratiæ ubique terrarum haberentur, in Ecclesiis omnibus, in quibus Altare Rosarii foret, primâ quaque Octobris Dominica officium ritu duplici maiori perpetùo celebrandum

indixit: aliíque Pontifices Rosarium recitantibus, eiusdémque Rosarii sodalitatibꝰ Indulgentias pene innumeras concessêre.

℟. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, et formosa tanquam Ierusalem? * Viderunt eam filiæ Sion, et beatam dixerunt, et reginæ laudaverunt eam. ℣. Et sicut dies circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium. * Viderunt. Benedictio. Ignem sui amoris ꝓ.

Lect: VII.

Nuper verò Clemens undecimus animo reputans, insignem pariter Victoriam anno millesimo septingentesimo decimo sexto in Hungariæ Regno à Carolo sexto in Imperatorem Romanorum electo de innumeris Turcarum copiis relatam, eo die contigisse, quo festum dedicationis Sanctæ Mariæ ad Nives celebraretur, atque eódem ferme tempore, quo sanctissimi Rosarii Confratres publicam, solemnémque

Supplicationem in Alma Urbe ingenti populi concursu, magnáque religione peragentes, fervidas ad Deum preces pro Turcarum depressione funderent, ac potentē opem Deiparæ Virginis in auxiliū Christianorum humiliter implorarent: eam ob rem Victoriam illam; nec non liberatam paulò post eorundem Turcarum obsidione Corcyrensem Insulam, eiusdem beatæ Virginis Patrocinio piè censuit adscribendam.

℟. Ornatam monilibus filiam Ierusalem Dominus concupivit: * Et videntes eam filiæ Sion beatissimam prædicaverunt dicentes: Unguentum effusum nomen tuum. ℣. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. * Et videntes. Benedictio. A cunctis vitiis ℣.

Lect: VIII.

Quámobrem, ut huius quoque tam insignis beneficii perennis semper et memoria

extaret, et gratia, Sanctissimi Rosarii festum eadem die, eodémque ritu celebrandum ad Ecclesiam universam extendit. Hæc autem omnia Benedictus decimus tertius in Breviario Romano novissimè apponi iussit. Sanctissimam ergo Dei Genitricem cultu hoc Eidem gratissimo iugiter veneremur, ut, quæ toties Christi fidelibus Rosarii precibus exorata, terrenos hostes profligare dedit, ac perdere: infernos pariter superare concedat.

℟. Diffusa est gratia in labiis tuis: * Propterea benedixit Te Deus in æternum. ℣. Myrrha, et gutta, et casia à vestimentis tuis, à gradibus Eburneis, è quibus delectaverunt te filiæ regum ~~regum~~ in honore tuo. * Propterea. Gloria. * Propterea.

Lect: 12. de Dom: occurente, et Comem: eiusdem in Laud: et II. Vesp.

Die 1. Octobris.

S: Remigii Ep. et C. sem: ad libitū, vel Simplex de præcepto.

In Hymno: Meruit supremos. Oratio: Da quæsumus. de Comuni.

Absolutio Ipsius pietas p.

In II. Noct. Lectio V.

Benedictio. Deus Pater omnipotens p.

Remigius, Episcopus Rhemensis floruit Clodovéo Rege Francorum, quem etiam baptizavit, et primus omnium doctrinâ, et miraculîs Francos ad Christi Domini fidem perduxit. Eius oratione mortua puella revixit. Multos interpretatus est Divinæ Scripturæ libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Rhemensē Ecclesiam administravit, cuius vitæ et mortis sanctitatem multa, quæ consecuta sunt, miracula comprobarunt.

Lectio VI. VII. et VIII. de serm: S. Maximi. Beati Patris Remigii.

In III. Noct: Homo peregrè.

Quòd si inciderit in Dominicam, vel impediatur festo 12. lectionum, erit simplex de præcepto, et habebit 12. lectionem: die verò infra Octavam fit tantùm Comemoratio.

Vesp: de S. Leodegario cum comm: S. Remigii quando fit sub ritu semiduplici.

Die 2. Octob:

S. Leodegarii Ep. et Martyr:

Duplex.

Oratio.

Deus, qui pro singulari veritatis testimonio Beatum Leodegarium Pontificē tuum triumphali Martyrii palmâ coronasti: eius meritis, et intercessione concede; ut in spiritu veritatis perseverare valeamus. Per Dnum &c. in unitate eiusdem.

Reliqua ut in Vet: Brev: Patte Autum. f. 67 CCXII.

Die 5. Octob.

5.to Octobris.

S. Placidi et Soc: Martyrum

2.dæ classis.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum excepțis, quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui Beatum Placidum in aquis penè demersum mirabiliter eripuisti, ut fidem inde, quam cum pluribꝰ sociis coram persecutoribus confessꝰ est, proprio sanguine confirmaret: ipsorum nobis intercessione concede; ut animas nostras propter te perdere non timentes, eas apud te feliciter invenire mereamur. Per Dominum.

In I. Noct: Lect: Fratres debitores.

In II. N.* Lect: V.

*Absolutio Ipsius pietas, et Benedictio Deus Pater omnipotens &c.

Placidus Romanus, Tertullo Patre ex nobilissima Aniciorum familia natus, puer Deo oblatus, et sancto Bene-

dicto traditus, tantum morum integritate, et monasticæ vitæ institutis profecit, ut inter præcipuos eius discipulos numeraretur. In solitudine Sublacensi eidem divo Benedicto fontem divinitùs impetranti adfuit. Adolescentulus ad hauriendam aquam egressus, et in lacum prolapsus, eiusdem Sancti Patris imperio per Maurum monachum super aquas sicco pede currentem salvus mirabiliter extractus fuit. In Casínum montem cum illo deinde veniens, annum agens alterum et vigesimum, mittitur in Siciliam, ut bona et possessiones, quas Pater ipsius Monasterio Casinensi donaverat, ab improba quorumdam cupiditate defenderet. Quo in itinere

cùm plurima maximáque miracula fecisset, sanctitatis famâ percelebris, Messanam venit, constructóque non longè à portu in paterna possessione Cœnobio, Monachis triginta congregatis, monasticam disciplinam primus ea in Insula propagavit.

℟. Sancti tui Dne. f. 258.

Lect: VI.

Nihil eo placidius, nihil humilius erat; prudentiâ, gravitate, misericordiâ, animique perpetua tranquillitate Superabat omnes. In divinarū rerū contemplatione sæpissimè pernoctabat, paulùm sedens, cùm eum necessarius somnus oppressisset. Silentij præcipua cura; ubi autem loquendum esset, sermo omnis ad mundi despicientiam, Christíque imitationē

accomodatus. Ieiunium verò ita coluit, ut carne, omnique opere lactario totis annis abstineret: per quadragesimam autem tertiâ, quintáque feriâ, et Dominicâ pane duntaxat, frigidáq; contentus cæteros dies sine ullo cibo traduceret. Vinum bibit nunquam; cilicium perpetùo gestavit.

℟. Verbera carnificum. f. 259.

Lect: VII.

Tot autem tantísque Placidus miraculis coruscabat, ut non solùm ex vicinis locis, sed ex Etruria, et Affrica ægroti ad eũ sanitatis causâ confluerent: quamquam is ab insigni quadam animi humilitate miraculis, quæ faceret, omnibus sancti Benedicti nomen, meritáque prætendere solitus erat. Cùm igitur sanctitatis exemplo, et miraculorum magnitudine

rem Christianam augeret, quinto anno, postquam in Siciliam venit, subitâ Saracenorum irruptione cum Eutichio et Victorino fratribus, Flaviáque sorore Virgine (: qui fortè per eos dies ad Fratrem visendum Româ usque conténderant :) nec non Donato, Fausto, Firmatóque Diácono, Monachisque triginta noctu psallens in Ecclesia opprimitur. Ex quibus Donatus íllico capite cæsus est: reliqui ante Manúcham Archipyratam ducti, cùm se idolis cultum ullum adhibere constanter negarent, cæsi virgis, manibus pedibúsque vincti sine ullo cibo contruduntur in carcerem, ac insuper quotidie flagellis conciduntur. Sed divinitus sustentati post multos dies rursus ad tyrannum adducuntur, atque in eadem

fide constantes, iterum ac sæpius affecti verberibus, nudi, capite demisso suspenduntur, ingentique fumo os eorū obruitur. Qui cùm omnium opinione mortui relicti fuissent, postridie vivi, sanatis mirabiliter vulneribus, reperti sunt.

℟. Tanquam aurum. f. 260.

Lect. VIII.

Deinde Flaviam Virginem separatim tyrannus aggressus, cùm nihil aut terrendo, aut pollicendo proficeret, iubet illam nudam pedibus alta extrabe suspendi. Cui cùm Tyrannus insultans nuditatis turpitudinem exprobraret; Unus est, inquit Virgo, maris fœminæque auctor, conditórque Deus: quare neque sexus, neque nuditas hæc fraudi

mihi apud illum futura est; quippe quam pro illius amore sustineo, qui meâ causâ non nudari solùm, sed cruci etiam affigi voluit. Quo responso Manucha incitatus Virginem fustibus cæsam, subiectoque fumo excruciatam lenonibus constuprandam tradidit. Virgine autem Deum deprecante, divínitùs factum est, ut quotquot eam attingere vellent, subito membrorum omnium dolore, stuporéque corriperentur. Postea Placidum Virginis fratrem Tyrannus invadit, eique idolorum vanitatem arguenti os, dentésque lapidibus contundi, linguámque radícitùs abscindi iubet. Sed cùm nihilominus ille avulsâ linguâ clarè, et expeditè loqueretur, ipso miraculo magis furens barbarus, Placidum cum sorore ac fratribus immanibus anchorárum molarúmq;

pondéribus óbrui resupínos ímperat. Cúmq;
ex iis etiam tormentis integri evasíssent,
ad extremum ex una Placidi familia sex
et triginta in portûs Mamertini littore ca-
pitibus abscíssis, Martyrii palmam cum Du-
ce suo, et aliis etiam pluribus retulêre ter-
tio nonas Octobris, anno salutis humanæ
quingentesimo trigesimo nono. Horum
omnium corpora post aliquos deinde dies
Gordianus monachus ex eodem Monaste-
rio fugâ elapsus intacta cùm reperísset
cum lacrymis sepelivit. Tyranni autem
non multò post ultricibus maris undís
absorpti crudelitatis suæ pœnas dederunt.

℟. Certamen magnum. f: 261.

* Absolutio A vinculis.

In III. Nocț: Lect: IX. Bened. Evangelica lectio.

Lectio Sancti Evangelii secundū
Ioannem. Cap. 12. d.

In illo tempore dixit IESUS discipulis suis:

Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, Et reliqua

Tract: 51. in Ioannem sub medium.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Ipse Dominus IESUS erat granum mortificandum et multiplicandum: mortificandum infidelitate Iudæorum, multiplicandum fide populorum. Iam verò exhortans nos ad passionis suæ sectanda vestigia; Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi; Qui amat perdet; id est, si amas, perdes; si cupis vitam tenere cum Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam; noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.

℟. Propter testamentum Domini, et leges paternas, Sancti ~~eam~~ Dei perstiterunt in amore fraternitatis: * Quia unus

fuit semper spiritus in eis, et una fides. ℣. Ecce quàm bonum, et quàm iucundum habitare fratres in unum. * Quia unus.

Lectio X. Benedictio. Ille nos benedicat,

Hoc autem, quod posteriùs dixi, magis videtur habere Evangelicus sensus; sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo, quod supra dictum est, qui amat (: subintelligitur in hoc mundo :) ipse utique perdet: qui autem odit (: utiq; in hoc mundo :) in vitam æternam ipse custodit eam.

℟. Sancti mei, qui in carne positi certamen habuistis: * Mercedem laboris ego reddam vobis. ℣. Venite benedicti Patris mei percipite regnum. * Mercedem. Benedictio. Quorum festum colimus.

Lect: XI.

Magna et mira sententia, quemadmodū

sit hominis in animam suam amor, ut pereat, odium, ne pereat. Si malè amaveris, tunc odisti: si benè oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

℟. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, * Et nomina eorum vivent in generationem et generationem. ℣. Sapientiam Sanctorum narrent populi et laudem eorum pronuntiet omnis Ecclesia. * Et nomina.

Benedictio.
Ad societatem.

Lect: XII.

Sed vide, ne subrepat, ut teipsum velis interimere, sic intelligendo, quod debes odisse in hoc mundo animam tuam; hinc enim quidam maligni, atque perversi homines, et in se ipsis crudeliores, et sceleratiores homicidæ flammis se donant, aquis se præfocant, præcipitio se collidunt, et pereunt. Hoc

Christus non docuit; imo etiam diábolo præcipitium suggerenti respondit: Redi retrò Sathanas; scriptum est enim: Non tentabis Dominum Deum tuum. Petro autem dixit, significans, qua morte clarificaturus erat Deum: cùm esses iunior, cingebas te, et ambulabas quo volebas: cùm autem senueris, alter te cinget, et feret, quo tu non vis. Ubi satis expressit, non à seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi.

℟. Iustorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: * Illi autem sunt in pace. ℣. Deus tentavit illos, et invenit eos dignos se. * Illi autem. Gloria Patri. * Illi autem.

Sequentia S. Evangelii secundùm Ioannem.

In illo tempore: dixit IESUS discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multū fructum affert. Qui amat animam suā, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: et ubi ego sum, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

In Laudibus, et Missis privatis tantùm fit Commem: S. Attilani Episcopi et Conf: Oratio: Da quæsumus.

Die 8. Octobris.

S. Birgittæ Viduæ duplex.

Reliqua ut in Vet: Br: part: Autum. f. 391.

Die 10. Octobr.

S. Paulini Epiſc: et C. Semidup.

Omnia ut in Vet: Br. Part: Autumn. f: CCIII.

Die 11. Octobris.

S. Francisci Borg: Conf: Semidup.

In Veteri Brev: habetur 10. huiq. Oia ut ibi.

In Hymno: Meruit supremos.

Die 15. Octobr:

S. Theresiæ Virginis duplex.

In I. Veſperis huius feſti poſt Comm: S. Calliſti fit comm: SS. Brunonis Monachi Mart. et S. Theclæ Abbatiſſæ Virg:

Ana: In cœlestibus regnis ſanctorum habitatio est, et in æternū requies eorum. ℣. Lætamini. Or: ut infra. f: 288.

In I. Noct: Lectiones De Virginibus ut in Comuni Virg: Loco. Reliqua ut in Vet. Br.

Lect. XII.

Pro SS. Thecla, et Brunone Episc: et Mart: nisi incidat in Dominicam.

ponuy in appendice A CCV. in mss. vocat. extrahaf ergo

Sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntínus, Germaniæ Apostolus et Martyr, cùm apud Thuringos, et Hessos prædicaret, cernens, multam quidem illi exstare messem, sed operarios esse paucos, et qui tantæ credentiū multitudini instituendæ non sufficerent (: centum mille enim animas convertit ad Christum :) misit in Patriam suā Angliam, et accivit inde non modò viros religiosos, et multíiugi eruditione præstantes, sed etiam fœminas: In quibus præcipue nominantur Conigundis sancti Lulii matértera, et eius filia Bertgítis, item Cunitrudis,

Thecla, Líoba, et Walburgis sorores sanctorum Willebaldi, et Winebaldi, omnes liberalibus scientiis eruditæ, quæ apud Thuringos virtutis Magistræ sunt constitutæ. Cunitrúdis missa est in Baioáriam, ut verbi Divini sementem illic faceret. Líobam virginibus sacris apud Bischofesheimium præfecit. Theclam denique apud Mogánum fluvium Kisingæ, et Ochnofurti voluit manere. Quæ, Virginū abbatissa constituta, quasi lucerna in caliginoso loco lucens, plures ad monasticæ vitæ amorem, et imitationem suo exemplo provocavit. Denique cùm multas Christo animas acquisivisset, quievit in Domino idibus Octobris. Claruit anno salutis septingentesimo trigesimo. Eodem die natalis est etiam sancti Brunonis Episcopi Ruthenórum, et Martyris, ex monacho nostri Ordinis, qui Evangelium in ea Regione

prædicans ab impiis tentus, manibus, pedibusque præcisis capite truncatus est, anno Domini millesimo octavo, indictione sexta.

℟. Propter testamentum Domini, et leges paternas sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: * Quia unus fuit semper Spiritus in eis, et una fides. ℣. Ecce quàm bonum, et quàm iucundum, habitare fratres in unum. * Quia. Gloria. * Quia.

Ad Laudes pro Commem: SS. Brunonis, et Theclæ:

Antiphona.

Fulgebunt iusti sicut Sol in conspectu Dei. ℣. Exultabunt.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus; ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus, quorum solemnia colimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

Die 17. Octobr.

S. Hedwigis Duc: Polon: Vid: Semid:

Oratio.

Deus, qui beatam Hedwigem à seculi pompa ad humilem tuæ ~~equitem~~ crucis sequelam toto corde transire docuisti: concede, ut eius meritis, et exemplo discamus perituras mundi calcare delitias; et in amplexu tuæ Crucis omnia nobis adversantia superare. Qui vivis.

Reliqua ut in Vet: Brev: P. Autumn: f: CCVI.

ni Brev mon est in ordine.

Die 21. Octobr.

SS. Ursulæ et sociarum Virginum et Martyrum Duplex.

Omnia de Communi Virginum.

In Utrisque Vesperis, et Laudibus

℣. Adducentur Regi Virgines post eam.

℟. Proximæ eius afferentur tibi.

Ad Magnif: in utrisque Vesperis.

Ana: Istæ sunt, quæ venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine agni.

Oratio.

Da nobis quæsumus Domine Deus noster sanc-

tarum Virginum et Martyrum Ursulæ, et sociarum eius palmas incessabili devotione venerari: ut, quas digna mente non possumus celebrare; humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Deinde fit Commem: S. Hilarionis Abbat: Or. Intercessio.

In I. Noct: Lect: de Virginibus. Nisi impediantur Scriptura occurrente.

* Absolutio Ipsius pietas. In II. Noct* Lect: V.

Benedictio Deg Pater. Gratiano Imperatore Flavius Clemens Maximus, Romani exercitûs in Britannia Dux, arrepta Tyrannide Imperator à militibus acclamatur. Inde copias in Gallias transmittens ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Imperium sibi corróborat. Cúmque Armoricórum uberem regionem, eiectis antiquis habitatoribus, Britannicis militibus, quos secum duxerat, divisisset; quo novas colonias propagaret in posteros, Coñáni Britannici Reguli, quem Britannorum Ducem habebat in exercitu, consiliô, missâ legatione

in Britanniam, singulis militibus novis colonis singulas Virgines coniugio fœderandas postulat.

℟. Propter veritatem. f. 52.

Lect: VI.

Haud visa Britanniæ Regulis absurda petitio: unde in gratiam novi Imperatoris, et quod filias suas non nisi gentilibus suis, iisque donatis novâ Provinciâ prædivitibus honestissimè collocandas scirent: pro numero militum totidem delectæ sunt Virgines, quarum Princeps erat Ursula, Dionóci Cornubiæ Regis filia, desponsata Connáno Duci Britannorum militum in exercitu Maximi. Cunctæ igitur Londíni collectæ impositæ sunt invítæ navigiis. Solventes nautæ, dum Armoricorum Regionem cogitant, à sæva procella in Germanicum littus eiiciuntur.

℟. Dilexisti iustitiam. f. 53.

Lect: VII.

Contigit, adesse tunc ibi Hunnorum copias,

quas à Gratiano Imperatore adversùs Maximum evocatas ferunt. Nacti igitur bárbari præclarum illud Virginum agmen impotenti libidinis æstu furentes in eas irruunt. Sed cùm hortante Ursula mortem potiùs oppétere, quàm virginei pudoris iacturam pati, invicto animi vigore decrevíssent, Hunni in rabiem immanitatis conversi ad unam omnes trucídant.

℟. Prudentes Virgines. f. 54.

Lect. VIII.

Sic Ursula super comitum suarum, velut cœlestium margaritarum prætiosum acervū glorioſa victima procumbens, purpurâ pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatorem tot Virginum exercitum géminis, nempe virginitatis, et Martyrii Laureis insignem ducens, cœlum victrix intravit. Harum beatarum Virginum corpora Colonienses summo honore condiderunt, earúmque illustrem agonem Christianus orbis florenti

Semper memoriâ celebrat duodecimo Kalendas Novembris, et postridie sanctæ Corduiæ, quæ una ex sodalibus sanctæ Ursulæ apud Coloniam, cum aliarum suppliciis, et cæde perterritá se occultâsset, eius rei pœnitens postridie se ultro patefecit, et novissima omnium Martyrii coronam accepit.

℟. Afferentur Regi. f. 55.

In III. Noct: Homilia de 10. Virginibus. Quæ incipit: Disceptamus fratres.

Lectio XII. de S. Hilarione, nisi incidat in Dominicam.

Hilarion ortus Tabathæ, ut in Vet: Breve. f: 407. ex duabus lect: fit una. ℟. Euge serve bone.

Ad Benedictus Antiphona:

Prudentes Virgines aptate vestras lampades; ecce sponsus venit, exite obviam ei. ℣ ut ad Vesp.

Et fit Commem: S. Hilarionis.

Die 24. Octobr.

S. Raphaëlis Archang. dup. Maio.

Undecima Benedictio: Cuius festum colimus. Reliqua omnia ut in Veteri Brev: Parte Autumn: f: CCXXVIII. et seqq. In Missa Credo.

Die 30. Octobr:

In Commemoratione Sanctorum Martyrum, et aliorum Sanctorum, quorum Reliquiæ in Ecclesiis nostri Ordinis asservantur. Duplex Maius.

Ad Vesp. Antiph: Omnes sancti, cum reliquis de Communi plurim. Martyrum. Psalmi de Dominica.

Capitulum. Rom. 8.

Si spiritus eius, qui suscitavit IESUM à mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit IESUM Christum à mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

℟. br: Exultent iusti * In conspectu Dei. Exultent. ℣. Et delectentur in lætitia.

* In conspectu Dei. Gloria. Exultent.

Hymnus.

Adeste Sancti, plurimo
Dum thure, vestra dum piis
Cõluntur ossa ritibus
Votis favete supplicum.
Non illa, quamquam tristibus
Imum redacta in pulverem
Dudum sepulchris squalleant,
Divina virtus deserit.
Sed sancta præsenti fovet,
Implétque templa numine;
Sed et futuræ spiritus
Post secla servat gloriæ.
Hinc ille, qui nostris latet
Cinis sub aris conditus
Ægris medetur efficax
Torquet, fugátque dæmones.
Sit summa Christe, laus tibi
Venture Iudex seculi
Cum Patre, cumque Spiritu
In seculorum secula. Amen.

℣. Custodit Dominus omnia ossa eorum.
℟. Unum ex his non conteretur.

Ad Magnificat Antiphona

Istorum est enim ℣ de Communi plur. Marty

Oratio.

Deus, qui hanc sacrosanctam Ecclesiam tot voluisti Sanctorum decorari reliquiis: auge in nobis resurrectionis fidem; et fac nos immortalis gloriæ participes, cuius in eorū cineribus pignora veneramur. Per Dnum.

Ad Matutinum Invitatorium.

Deum vivum, in quem cor et caro Sanctorū exultant, * Venite adoremus.

Hymnus Adeste. ut supra ad Vesperas.

Antiphonæ et Psalmi I. et II. Nocturni ut in Comuni plurim. Mart:

In I. Nocturno.

℣. Dormiunt in terræ pulvere.
℟. Evigilabunt in vitam æternam.

Lectiones: Fratres debitores de eodem Communi 1. loco.

In II. Nocturno

℣. Iusti quasi virens folium germinabunt.

℟. Non commovebitur radix eorum.

Absolutio Ipsius pietas p.

Lectio V. Benedictio Deus Pater p.

Sermo S. Bernardi Abbatis. Serm. 5. in festo Omn: Sanct.

Quamquam dilectissimi, honorum nostrorum Sancti non egent, nec quidquam eis nostra devotione præstatur; planè, quod eorum memoriam veneramur, nostra interest, non ipsorum. Vultis scire, quantùm interest nostra? Ego in me, fateor, ex hac recordatione sentio desiderium vehemens inflammari, et desiderium triplex. Primum desiderium, quod in nobis Sanctorũ memoria vel éxcitat, vel incitat magis, hoc est, ut eorum tam optabili societate fruamur, et mereamur concives, et contubernales esse Spirituum beatorum, et collætari cõmunione Sanctorum.

℟. Sancti tui Domine. f. 258.

Lect. VI.

Singulorum verò recordationes quasi scintillæ singulæ, imò quasi ardentissimæ faces devotos accendunt animos, ut eorum et conspectum sitiant, et complexum, adeò, ut plerumque etiam inter eos esse se reputent, modò ad omnes simul, modò ad hos, vel ad illos totâ aviditate, et vehementiâ corda vibrantes. Non tantúmodo societas, sed etiam felicitas nobis est optanda sanctorum: gloriam quoque ferventissimo studio ambiamus. Hoc ergo secundum desiderium, quod ex sanctorū cōmemoratione flagrat in nobis, ut, sicut illis, sic nobis etiam Christus appareat vita nostra, et nos quoque cum illo appareamus in gloria.

℟. Verbera carnificum. f. 259.

Lect. VII.

Sanè, ut eam gloriam nobis sperare liceat,

et ad tantam beatitudinem adspirare, summopere nobis desideranda sunt suffragia quoque Sanctorum, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis intercessione donetur. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum, nostis ignorantiam nostram, dolos adversariorum, nostis eorum impetus, et nostram fragilitatem; Vobis enim loquor, qui in eadem tentatione fuistis, qui eosdem superastis conflictus, eosdem laqueos evasistis, qui didicistis ex his, quæ passi estis, compassionem. Ampliori fiducia ad vos confugio, vos habeo in ipsa humanitate consortes, ut oporteat vos familiarius, et specialius misereri ossi de ossibus vestris, et carni de carne vestra.

℟. Tanquam aurum. f. 260.

Lect. VIII.

Denique transeuntes ex hoc mundo ad

Patrem sancta nobis pignora reliquerunt. Apud nos siquidem corpora eorum in pace sepulta sunt, quorum nomina vivent in seculum, id est, quorum nunquam gloria sepelitur. Absit, absit à vobis animæ sanctæ, Ægyptia illa crudelitas pincernæ Pharaónis, qui in gradū pristinum restitutus, statim oblitus est Ioseph Sancti, qui in carcere tenebatur; non enim erant unius capitis membra, nec aliqua pars fideli cum infideli, aut ulla societas Israëlitæ ad Ægyptiū, non plus quàm luci ad tenebras; interpretatur enim Ægyptus tenebræ, Israël autem videns Deum: atque ideò ubicunque Israël erat, lux erat. Hæc verò nostra, et Sanctorum cohærentia est, ut nos congratulemur eis, ipsi compatiantur nobis: nos devota meditatione regnemus in eis, ipsi in nobis, et pro

nobis militent piâ interventione.

℟. Certamen magnum. f. 261.

In III. Noct: Antiphona:

Laudate, qui habitatis in pulvere: cùm eduxero vos de tumulis vestris, scietis, quia ego Dominus. alleluia.

Canticum: Iustorum animæ in manu Dei sunt: *

℣. Cùm Christus apparuerit vita vestra.

℟. Tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Homilia in Evang: Descendens IESUS de monte. ut in Comuni plurim: Mart:

„ Si hoc festum inciderit in Sabbato, non
„ dicitur Homilia de Vigilia Omnium Sanctorū,
„ quia est idem et unum Evangelium festi et Vi-
„ gilie. De qua fit tantùm Comem. in Laud:

AD LAUDES ET pe Horas Antiphonæ

Omnes Sancti ꝓ ut in Comuni plurim: Mart:

Capitulum: Si spiritus eius &c. ut supra ad Vesp.
℟. br: Lætamini in Domino &c.

Hymnus.

O vos unanimes Christiadum chori
Sanctorum tumulos, et cineres Patrum
Caras exuvias, pignora cœlitum
Lætis dicite cantibus.

Cœlo quando piis æqua laboribus
Felices animæ gaudia possident
Pœnarum sociis debita redditur
Hic laus, et decus ossibus.

Passim sparsa Deus, polliciti memor
Custos, ne pereant, pignora colligit,
Electósque suis providus aggerit
Aptandos lapides locis.

Quin et reliquias, et tumulos sibi
Aras ipse Deus consecrat hostia;
Coniungensque suis se caput artubus,
Hos secum simul immolat.

Vos, quorum cineres supplicibus pia
Tutum præsidium plebs colit osculis,

Si vos nostra movent, subsidium boni
Vestris ferte clientibus.
Ut cùm nostra novis splendida dotibus
Surget iuncta choris Spirituum caro,
Indivisa Trias sit Deus omnia
Nobis semper in omnibus. Amen.

℣. Sit memoria iustorum in benedictione.
℟. Et ossa [illegible] eorum pullulent in loco suo.

Ad Benedictus Antiphona.

Exhibeamus corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem: semper mortificationem IESU in corpore nostro circumferentes, ut et vita IESU manifestetur jn corporibus nostris.

Oratio: Deus qui hanc. Supra f: 296.

„ Et fit cōmem: Vigiliæ, si in Sabbato occurrat. Antiph: et ℣. ut in Psalt: Orat: in Vet: Br: f. 414.

Ad Tertiam Antiphona

Cum palma.

Capitulum. Phil: 3.

Nostra conversatio in cœlis est; unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum IESUM Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

℣. Sapientiam Sanctorum narrent populi,
℟. Et laudes eorum nuntiet Ecclesia.

Ad Sextam Antiphona.

Corpora Sanctorum.

Capitulum. i. Petri 4.

Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam, quod est honoris, gloriæ, et virtutis Dei, et qui est eius Spiritus, super vos requiescit.

℣. Non derelinquet Dominus Sanctos suos.
℟. In æternum conservabuntur.

Ad Nonam Antiphona

Martyrum chorus.

Capitulum. i. Petri 3.

Quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores

fueritis? Sed et, si quid patimini propter
iustitiam, beati.
℣. Gloriosus Deus in Sanctis suis.
℟. Mirabilis in Maiestate, faciens prodigia.

Ad Vesperas

Antiph: Isti sunt, ut in II. Vesp: de Communi
plurim: Mart: Ps: Dixit. Beatus. Laudate,
Credidi. Capit: ℟.br. et Hymnus ut in I. Vesp.
f: 294.
℣. Consolabor vos, et gaudebit cor vestrum.
℟. Et ossa vestra quasi herba germinabunt.
Ad Magnif: Ana: Gaudent in cœlis. Oratio ut supra f: 296.

„ Deinde fit Commem: S. Wolfgangi Epi. et Conf.
„ si celebretur eius festum sub ritu dupli minori: Ubi au-
„ tem eius Officium sub ritu dupl: 2. Classis celelebratur,
„ Vesperæ erunt de S. Wolfgango cum com̄em: præc:

BB. reformes

Die 31. Octobris.

S. Wolfgangi Ep. et Conf: dupl. maj.

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Autumn. f: CCVII. in Rubr. mir. of in ordine
exceptâ sequenti Rubricâ: „ Ubi festum S. Wolf-

„ gangi celebratur sub ritu duplici II. Classis,
„ in I. Vesp: Omnium Sanctorum fiet de eo com-
„ memoratio. Alibi Vesperæ erunt de sequenti
„ sine ulla commemoratione.

Absolutio.
Ipsius pietas.
Benedictio:
Deus Pater omnipotens p.

FESTA NOVEMBRIS.

* Die 6. Novemb:

S. Leonardi Confess: dupl:

Omnia de Cōmuni Confess: non Pont. Oratio Deus qui nos. de Cōmuni Conf: non Pont.

In II. Noct: Lect: V.

Leonardus genere nobili ortus in Francia cùm puer adhuc esset, à Clodovæo Francorum Rege è Sacro Baptismi fonte Christiano ritu susceptus, et à beato Remigio Rhemensi Archiepiscopo edoctus, ab ipsa prima ætate virtutum omnium solida fundamenta iecit; nam Dei charitate fervens, et proximi dilectione mundanis Studiis renuntians, totum se divino cultui, et Apostolicæ vitæ consecravit.

℟. Honestum fecit, ut supra f: 22.

Lect: VI.

Vix pueritiam egressus, carceratis visitandis, et liberandis sedulam operam dedit; à Rege nempe obtinuerat, ut in vincula conjectis, quos ipse visitâsset, abscedendi libera potestas fieret.

℟. Amavit eum. f. 24.

Lect: VII.

Munificus erat in pauperes, castus, modestus, rerum cœlestium contemplationi addictus, ab omni ambitionis vitio ita alienꝰ, ut in aulam à Rege accítus, ad Episcopatum promovendus imparem huic oneri se reputans, humiliorem vitam sibi ducendā esse duxerit.

℟. Iste homo. f. 25.

Lect: VIII.

Inde in Aquitániam perrexit, divina revelatione admonitus, et tractum Bituricensem

lustrans, regionem illam divini verbi prædicatione, et multis miraculis illustravit. Cùm demum multa hominum millia ad Christi fidem convertisset, in silvam quamdam agri Lemovicensis sese abdidit, ibíque exstructo in honorem Deiparæ Virginis Monasterio omnis virtutis ac præcipuè charitatis erga carceratos officiis, miríssque operibus clarus obdormivit in Domino Octavo Idus Novembris.

℟. Desiderium animæ. f. 27.

In III. Noct: Lect: IX.

Lectio S. Evangelii secundùm Mathæum.

Cap. 17. a. 1.

In illo tempore dixit Petrus ad IESUM: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua

Tom. 2. serm. 9. de S. Benedicto ex concess. S. R. C. 5. Maii 1736.

Homilia beati Petri Damiani Episcopi.

Iam omnia reliquit Petrus; iam non solùm

sequitur, sed et diu secutus est; et nunc primùm interrogat, quidnam sit accepturus? Quid est Petre? Nonne obedientiam promisisti in auris auditione, non in pacti conventione? Sed audite iam, quid loquatur Dominus Deus, et attendite spem, in qua mundo fluctuante, operare debemus. Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis et vos iudicantes. Infinita prorsus dulcedo miserationum Domini circa pauperes suos; nec illos relinquit in morte, pro quibus morti se ipsum exposuit, et tormentis.

℟. Iste est. f: 243.

Lect: X.

Vos, inquit, qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis et vos iudicantes.

Quid est hoc aliud dicere, nisi consequémini, quem sequimini, si tamen persequimini; sicut scriptum est: inquire pacem, et persequere eam. Sic ergo currite, ut comprehendatis; nec prius residere velitis, quàm sedentem apprehendatis, et mereámini considere. Exultavit ut Gigas ad currendam viam; toto utique tempore quo in terris visus est, et cum hominibus conversatus; nec resedit, donec ad eum perveniret, quem ipsum constituit laboris et tristitiæ finem. Tristis est, inquiens anima mea usque ad mortem.

℟. Sint lumbi. f. 244.

Lect. XI.

Ergo cùm sederit Filius hominis in sede Maiestatis, qui prius stetit in ignominiosissimo Crucis supplicio, interrogatus contumeliis pariter, et tormento: Sedebitis

et vos iudicantes, à quibus nunc iudiciū incipit, qui minimè datis requiem vobis ipsis. ſicut et ille non iudicare, ſed iudicari, nec miniſtrari venit, ſed miniſtrare. Illic verò ſedebunt ſedes in iudicio; Filius enim Dei Salvator indiviſibilis naturarum unitate, ſecundùm quod Deus est, ſedet à dextris Dei; ſecundùm quod homo, aſsiſtit nunc vultui Dei pro nobis; nec erit ei ſeſsio triumphalis, donec ſit Deus omnia in omnibus, id eſt, corpus capiti tanta pace iungatur, ut ſimus ei ſimiles, etsi non pares.

℟. Beatus vir. f. 245.

Lect: XII.

Adhuc enim negatur à Iudæis, à Gentibus ſubsannatur, laceratur ab hæreticis, à falſis Chriſtianis graviter impugnatur; et tu eum putas reſidere quietum? nec attendere ſuperborum oculos,

malignantium impetus, repugnantium voluntates? Sed in regeneratione sedebit cum sedentibus, cum nos in sincerissimum nitorem in utraque substantia repurgabimur; et ipse, devictis inimicis cum amicis intrabit in gloriam, Angelos hominibus unitate sempiterna couniens, et damna beatæ resarciens civitatis. Hoc autem totum erit in regeneratione. Beata ista regeneratio, quæ terram renovabit et cœlum: terrigenas cœlícolis fœderabit, et perpetuæ pacis fontem indefessa profluxione refundet.

℟. O beati viri. f. 246. Evangel: de Abbatibus.

In Min: Brev: deest. ex vesp.

Dominica II. Novembris.

Festum Patrocinii B. Mariæ Virginis duplex maius.

Omnia dicuntur ut in festo de merce de B.V.M. 24. Sept: in Vet: Brev: f: 359. præter Orationem et lectiones 2. Nocturni quæ in eadem Vet: Brev: habentur in fine pag: CCXXXVII.

nostri IESU Christi: cum quo Patri sl-
mul, et Sancto Spirítui gloria, et honor
et imperium nunc, et semper in secula
seculorum amen.

℟. Diffusa est gratia in labiis tuis. *
Propterea benedixit te Deus in æternū.
℣. Myrrha, et gutta, et casia à vestimen-
tis tuis, à gradibus eburneis, ex quibus
delectaverunt te filiæ Regum in honore
tuo. * Propterea. Gloria Patri. * Prop-
terea.

In III. Nocturno omnia ut in festo de
Mercede.

℣ Si festum prædictum translatum fuerit
tunc dicitur lectio 12. ut ibidem. + Si verò
celebretur in Dominica, tunc lectio 12. ~~erit~~
~~de Dominica~~ et Comm: in Vesperis et Laudibꝰ erit de Dominica.

~~Oratio.~~

~~Concede nos famulos tuos, quæsumꝰ Do-~~
~~mine Deus, perpetuâ mentis et corporis~~

Si ~~hoc festum~~ octava Omniū Sanctorū, vel aliud festū altioris ritûs Dominicâ II. Novembris occurrat, tunc festū Patrocinii transferetur ad diem primam non impeditam. D. Merati ← Part: 4. in Calendario ante diem j.ᵐ Novembris. ℣

M. subst. ord. et leg. combineat cum nov. hor. et non sint obstaculo Resp. + ne. q. in antiq. hor. in fest. relent. et qd ex priv. Obst. a Sab. in festo non B.V. Mart. Beata et Sp. in Christ.

sanitate gaudere; et gloriosâ beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitiâ; et æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum.

In Laudibus fit commemoratio Dominicæ.

In II. Vesp: omnia ut in I.mis

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnif: Antiphona.

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

Deinde fit commem: Dominicæ occurrentis.

Die 9. Novembr:

In Dedicatione Basilicæ SS. Salvatoris Duplex.

Omnia ut in Vet: Brev: f: 443. Sed octavæ lectioni addantur sequentia:

„ Eandem Ecclesiam incendüs, vastationibus,

„ terræ insuper motibus disiectam, eversámq;
„ ac sedulâ sumorum Pontificum curâ repa-
„ ratam, novâ postmodum molitione restitutâ,
„ Benedictus decimus tertius Pontifex maxi-
„ mus Ordinis Prædicatorum die vigesima
„ octava Aprilis anni millesimi septingente-
„ simi vigesimi sexti solemni ritu consecravit,
„ eiusque celebritatis memoriam hac die re-
„ colendam statuit.

2.dus Noct: totus extrahatur.

Die 10. Novembr.

S. Iusti Episc: et Conf: Semid:

Omnia de Comuni Conf: Pont. Lectiones II. Noct. ut in Vet: Brev: Parte Autumn: f. ccix.

Oratio.

Exaudi Domine populum tuum tota tibi mente subiectum: et beati Iusti Confessoris tui atque Pontificis supplicatione custodi; ut, quod piè credit, appetat, et quod iustè sperat, feliciter consequatur. Per Dominum.

November.

Die 12. Novemb:

S. Æmiliani abbatis Duplex

Omnia ut in Vet: Brev: f. 453. præter Rubricam, quæ pro II. Vesperis sic sonat: „ Vesperæ de „ SS. Monachis cum commem: præcedentis.

Die 13. Novemb.

Omnium SS. Monachorum O.S.B.

2. Classis.

Post II. Vesperas huius festi in Novo Brev: hæc habetur Rubrica: „ Dicto Benedicamus Domino. „ Dicantur Vesperæ Defunctorum ad modum duplicis, „ ut in 2.do currentis mensis, pro Patribus et Fratrib9 „ defunctis sacri Ordinis nostri, cum Oratione: De9 „ veniæ largitor9 relictis verbis: Propinquos et be- „ nefactores9. Matutinum verò post Laudes se- „ quentis diei recitatur.

Reliqua omnia ut in Vet: Brev:

Die 14. Novembr.

S. Andreæ Avellini Conf. semid:

In Hymno: Meruit supremos. Omnia de Communi Conf: non Pont: præter sequentia:

Oratio.

Deus, qui in corde beati Andreæ Confessoris tui per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum admirabiles ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis, et intercessione ita eiusdem gratiæ participes fieri; ut perfectiora semper exequentes ad gloriæ tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente. * Absolutio Ipsius pietas et misericordia p.

In II. Noct: Lect: V.ta Benedictio. Deus Pater omnipotens p.

Andreas Avellinus, dictus antea Lancellotus, apud Castrum novum Lucániæ pagum natus, inter ipsa infantiæ primordia futuræ sanctitatis non obscura præbuit indicia. Adolescens ad literas addiscendas paterna è domo egressus lubricam illius ætatis semitam inter bonarum artiū studia

ita peregit, ut Sapientiæ initium, quod est timor Domini, ob oculos potissimùm habere nunquam pretermiserit. Cum egregia proinde forma eximium castitatis studium coniunxit, quo impudicas sæpe mulierum insidias elusit; interdum etiam apertam vim propulsavit. Clericali militiæ iam pridem adscriptus, Neapolim se contulit, ut legalibus disciplinis vacaret: ibique juris prudentiæ lauream adeptus, atque interea ad Sacerdotalem dignitatem evectus, causarum patrocinia in foro duntaxat Ecclesiastico, — proque privatis quibusdam personis iuxta Sacrorum Canonum Sanctiones agere cœpit. Verùm, cùm aliquando inter causam agendam leve ei mendacium excidisset, mox verò fortuitâ Sacrarum Scripturarū lectione in illa verba incidisset: Os, quod mentitur, occidit animam; tantò eius culpæ dolore ac pœnitentiâ correptus est, ut statim

ab eiusmodi vitæ instituto sibi recedendū esse duxerit.

℟. Honestum fecit. f. 22.

Lect: VI.

Itaque abdicatîs forensibûs curîs, se totum divino cultui sacrísque ministeriis mancipavit: cúmque Ecclesiasticæ virtutis exemplis emineret, sanctimonialium regimini ab Archiepiscopo Neapolitano præfectus fuit. Quo in munere cùm pravorum hominum odia subiisset, primò quidem intentatæ sibi necis periculum declinavit. Mox verò per sicarium tribus in facie acceptis vulneribus iniuriæ atrocitatem æquo animo pertulit. Tunc perfectioris vitæ desiderio flagrans, ut inter clericos Regulares adscriberetur, suppliciter ~~exoravit~~ postulavit: votíque compos factus, ob ingentem, quo æstuabat crucis amorem, ut sibi Andreæ nomen imponeretur, precibus impetravit. ℟. Amavit. f. 24.

Lect. VII.

Arctioris ítaque vitæ curriculum álacri studio ingreſsus, in eas maximè virtutis exercitationes incubuit, ad quas ſese arduis etiam emiſsis votis obſtrinxit, altero ſcilicet ſuæ ipſius voluntati iugiter obſistendi, altero verò in via Chriſtianæ perfectionis ſemper ulteriùs progrediendi. Regularis diſciplinæ cultor aſsiduus, et in ea promovenda, cùm aliis præeſset ſtudioſiſsimus fuit. Quidquid ab inſtituti ſui officii, et Regulæ præſcripto ſupererat temporis, orationi, et animarum ſaluti tribuebat. In Confeſsionibus excipiendis mira eius pietas et prudentia enituit. Vicos, et oppida Neápoli finítima Evangelicis miniſteriis magno cum animarum lucro frequens luſtrabat. Quam ardentem erga proximos ſancti viri charitatem ſignis etiam Dominus illuſtravit; cùm enim intempeſta nocte ab audita

ægri confessione domum rediret, ac pluviæ, ventorúmque vis prælucentem facem extinxisset, non solùm ipse cum socüs inter effusissimos imbres nihil madefactus est, verùm etiam inusitato splendore, è suo corpore mirabiliter, emicante, socüs inter densissimas tenebras iter monstravit. Abstinentia et ~~munditia~~ patientiâ, nec nō abiectione, atque odio sui sumoperè præstitit. Necem fratris filio illatam imperturbato animo tulit, ac suos ab omni ulciscendi cupiditate compescuit: imò etiam pro interfectoribꝰ opem, et misericordiam iudicum imploravit.

℟. Iste homo. f. 25.

Lect. VIII.

Pluribus in locis Clericorum Regulariū ordinem propagavit, eorúmque domicilia Medioláni, et Placentiæ instituit. Illius operam Sanctus Cárolus Borromæus, et Paulꝰ

de Aretio Clericus Regularis Cardinales, quibus erat acceptissimus in Pastoralis muneris curis adhibuerunt. Deiparam Virginem singulari amore, et cultu prosequebatur. Angelorum colloquio perfrui meruit, quos, cum divinas laudes persolveret, è regione concinentes se audisse testatus est. Denique post heroica virtutum exempla, prophetiæ quoque dono illustris, quo et secreta cordiū et absentia, et futura prospexit. Annis gravis, et laboribus fractus ad Aram celebraturus, in verbis illis, tertiò repetitis: Introibo ad Altare Dei; repentino apoplexiæ morbo correptus est. Mox Sacramentis ritè munitus placidissimè inter suos animam efflavit. Eius corpus Neapoli in Ecclesia Sancti Pauli ad hæc usque tempora eo frequentissimo populi concursu colitur, quo fuit elatum. Illum denique insignibus in vita et post mortem miraculis

clarum Clemens Undecimus Pontifex Maximus solemni ritu sanctorum Catálogo adscripsit.

℟. Desiderium animæ . f. 27.

In III. Noct: Sint lumbi vestri.

Die 15. Novemb:

S. Leopoldi Conf: Semidup.

Oratio.

Deus, qui beatum Leopoldum ex principatu, et curis seculi huius immaculatum ad regnum cœleste traduxisti: concede propitius tuâ clementiâ ita nos per hæc temporalia dirigi; ut æternæ vitæ consortes effici mereamur. Per Dominum. * Absolutio Ipsi pietas, Benedictio Deus pater omnipotens

In II. Noct: Lect: V.

Leopoldus Austriæ Marchio singulari præconio pietatis, quæ in eo elucebat, Pius cognominatus, in primo statim ætatis flore ea virtutum initia concepit, quæ cum anno-

rum progressu in insignem vitæ Sanctitatē efflоruerunt; erat enim in iuvene cum Dei timore præclara integritas, continentia, et humilitas: in viro iustitia, misericordia, sapientia, præcipuus Religionis cultus. Patre Leopoldo defuncto, et Principatûs regimine suscepto, curis licèt coniugalibus implicitus, et tam domesticis, quàm publicis negotiis impeditus, sedulò tamen pietatis, et misericordiæ munera subiens, lassos corroborabat, oppressos sublevabat, inopes fovebat, et inter multiplices regendi solicitudines, totque laborum studia immaculatum sese ab hoc seculo custodiebat, temporalia tractando, æterna disponens. ℟. Honestum fecit. f. 22.

Lect. VI.

Hic Princeps Sacerdotes, virósque Religiosos admodùm coluit, sumos quoque Pontifices tantâ veneratione prosecutus

est, ut ab Innocentio secundo Romano Pontifice peculiaris sancti Petri filius appellaretur. Duo Monasteria celeberrima Claustroneoburgense, et sanctæ Crucis in valle nemorosa construxit, et amplissimis censibus dotavit. Mellicense quoque à se instauratum magno cum sumptu illustravit.

℟. Amavit eum. f: 24.

Lect: VII.

Post huiusmodi præclaræ suæ erga Deū pietatis monumenta, cùm Austriæ Principatum quadraginta annis laudabiliter rexisset, anno Domini millesimo centesimo tricesimo sexto vitâ sanctè functus, atque Sacramentis munitus è terris ad cælestem Ierusalem transivit.

℟. Iste homo. f. 25.

Lect: VIII.

Eius corpus Claustroneoburgi cónditum

innumeris miraculis claruit, quibus Deus sancti viri sanctitatem mundo declaratam voluit; nam ad Leopoldi invocationem eiusdem meritis, et precibus mortui suscitati, cæci illuminati, surdis auditus, mutis loquendi faultas, claudis gressus, variis morbis labotantibus sanitas, vinctis libertas restituta; alii quoque aliam eiusmodi opem mirabiliter experti sunt. Quibus clarissimis sanctimoniæ documentis ritè cognitis, Innocentius Octavus Leopoldum Sanctorum Catalogo adscripsit. Eius ossa è tumulo à Maximiliano Primo Imperatore translata in eádem Claustroneoburgensi Ecclesia cum debito honore aservantur.

*Absolutio A vinculis p

Benedictio

Evangelica lectio p

℟. Desiderium. f. 27.

In III. Noct: Lect: IX.

Cap: 19. b. 12. Lectio S. Evangelii secundùm Lucam.

In illo tempore: dixit IESUS discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Homo nobilis ille est, cui superiùs cæcus clamabat: Fili David miserere mei. Et venienti Ierosolymam concinebat: Hosanna Filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israël. Longinqua regio Ecclesia est ex gentibus, de qua eidem homini nobili, qui loquitur: Ego autē constitutus sum Rex ab eo, dicitur, Patre: Postula à me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ; quæ videlicet hæreditas, ac possessio bifaria ratione regio longinqua vocatur: vel quia à finibus terræ clamat ad Dominum; vel, quia longè est à

peccatoribus salus: Et, cùm Deus ubique sit præsens, longe tamen ab eorum sensu, qui idola colunt, Deus verus abest: sed qui erant longè, facti sunt prope in sanguine Christi. ℟. Iste est. f. 243.

Lect: X.

Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas. Denarius numerus ad legem pertinet propter Decálogum. Vocat igitur Paterfamilias decem servos, quia eligit discipulos per literam legis imbutos. Dat eis decem mnas, quia dicta legis spiritualiter intelligenda revelat.

NB. Lectio XI. ut infra post duodecimam.

℟: Sint lumbi vestri. f. 244.

Lect: XII.

Et ait illis: negotiamini, dum venio. Verba, inquit, legis, ac Prophetarum mystica interpretatione discussa populis offerte, atque ab eis fidei confessionem morumque probitatem recipite, iuxta quod Psal-

misſa ſuis auditoribus præcipit, dicens: ſumite pſalmum et date tympanum; hoc eſt laudem prædicationis in cordis intentione percipite, et devotionem operis in carnis caſtigatione reddite. Tympanum quippe est pellis in ligno extenta, caro eſt noſtra, ad exemplum Dominicæ paſsionis afflicta.

℟. O beati viri. f. 246.

Evangelium: Homo quidam nobilis, p. de Communi Conf: non Pont: Oratio ut supra.

Lect: XI.

Poſt paſsionem quippe, reſurrectionémque ſuam aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas; Mina namque, quam Græci Mnam vocant centum drachmis appenditur, et omnis Scripturæ ſermo, quia vitæ cæleſtis perfectionem ſuggerit, quaſi numeri centenarii pondere fulgescit.

℟. Beatus vir. f. 245.

Lectio XII. ut supra.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Die 16. Novembr:

S. Othmari Abbatis Dupl:

Omnia de Comuni Conf: non Pont: præter sequentia: Oratio: Intercessio, de Abbat.

* Absolutio Ipsius pietas, Benedictio Deus Pater,

In II. Noct: Lect: V.

Othmarus Germanus genere, seculari primũ obsequio in adolescentia mancipatus, crescente mox in dies morum probitate, ac sanctimoniâ, Sacerdotio insignitus est. Perfectioris inde vitæ desiderio flagrans, in Eremum sancti Galli secessit, ibique sancti Benedicti Regulam amplexus, abbatiali dignitate decoratur. Eo in munere virtutum omnium exemplis, et humilitate magis, quã auctoritate subditos sibi monachos antecessit. Orationi etiam, ac divinis laudibus instabat assiduè; corpus frequens adeò, et diris macerabat ieiuniis, ut sæpè biduo vel modicum alimentum illi interdiceret. Verè dignus, qui Pater pauperum diceretur; nam

Suis manibus necessaria quæque egenis, et ægrotis ministrabat, pedes abluebat, osculabatur, et non semel suâ exutus tunicâ eorū nuditatem cooperuit.

℞. Honestum fecit. f: 22.

Lect: VI.

Valetudinarium insuper prope Monasteriū construxit, quo ulcerosos, et elephantíacos; quorum vel aspectum cæteri horrere solent, singulari Christianæ charitatis exemplo nutriebat. Pias has exercitationes mira eius patientia in adversis summópere illustravit; étenim irreligiosi quidam homines, per vim Ecclesiarum bona eo temporis sibi vendicantes, quo faciliùs illius Monasterii res usurparent, et usurpatas minimè restituerent, Beatum Virum pravi, sed convicti criminis reum insimulant, et ad Rheni insulam prope Stein oppidum exulatum ire compellunt. Ibi squalore, inædiâ, aliîsque incommodîs confectus,

ex vitæ huius ærumnis, ad cœlestem Patriam migravit innocentiâ, et miraculis celebratq. Eius autem corpus post decennium ad Sancti Galli cœnobium aspottatum sacro ritu, solemnique pompâ tumulatum fuit.

℟. Amavit eum. f. 24.

Lect. VII.

De S. Eusebio To. 6. edit: Rom:

Sermo S. Ambrosii Episcopi.

Depositionem Sancti Othmari hodie celebramus. Quid est depositio? non illa utiq, quæ sepeliendis in terra membrorum reliquiis Clericorum manibus procuratur; sed illa, qua homo vinculis carnalibus absolutus, liberiturus ad cœlum terrenum corpus exponit. Ipsa planè est depositio, in qua concupiscere abiicimus, cessamus delinquere, peccare desinimus, et totum, quidquid saluti est grave, quasi abiecta sarcina onerisnexpónimus; nam ideò hæc dies pro celebritate maxima procuratur, quia verè est summa

festivitas, mortuum esse vitiis, soli vivere iustitiæ. R̄. Iste homo. fol: 25.

Lect: VIII.

Unde depositionis ipsa dies Natalis dicitur, quod delictorum carcere liberati, libertati nascimur Salvatoris. Sed videamus, Sanctus Othmarus cum qua gloria ad hanc diem depositionis advenerit. Volare non potest, nisi quod purum, leve, atque subtile est, cuig nec sinceritas temperantiâ retardatur, nec alácritas, nec velocitas mole gravatur. Gravari autem volatum dico, non tam mole membrorum, quàm pondere delictorum. Unde puto, etiam in ipsis avibus ideò velociùs columbam præ omnibus ~~volucra~~ volitare, quòd alacritatem, et innocentiam comitetur. Volavit ergo hac die Sanctus Othmarus. Æstimemus iam eius innocentiam de volatu, et puritatem eius de ipsa elatione iu-

dicemus; tanquam columba enim in domo Dei degens, assumpsit spiritales pennas, et requievit in Domino.

℟. Desiderium animæ. f. 27.

In III. Noct: Homilia in Evang: Ecce nos reliquimus omnia.

Die 21. Nov:

In Præsentatione B. V. Mariæ.

Dupl: maius.

Omnia ut in Vet: Br: Parte autumn: f. 485. sed in ℟. IX. pro his verbis Tuam sanctam festivitatem, dicitur: Tuam sanctam præsentationem.

Die 24. Nov:

S. Columbani Abbat: duplex.

fixè ad hanc diem.

In Hymno, meruit supremos.

In I. Noct: Lectiones de Script: occurrente.

Oratio et Lectiones 2. Nocturni ut in Veteri Brev: Parte Autumn: f: CCXV. in Min: B. f. 538 in hymn. inc. In Hymno: fœ CC XXVI.

Lect: 3. Nocturni Homilia S. Hieronymi Presb: in Ev: Ecce nos reliquimus de Comuni abbatum.

Lect: (ex 2. nocturno) de S. Charitone Martyre in Brev. Rom. Zelle jamby conscripsit in Lucia

Die 27. Novemb.

S. Odonis Abbat: Dupl:

fixè ad hanc diem. ~~Meruit supremos.~~

In Veteri Brev: habetur die 18. huius f. 479.

In Hymno: Meruit supremos. Reliqua ut ibi.

Die 28. Novemb.

S. Martini Papæ et Mart: Semid:

fixè ad hanc diem; fuit 12. h.

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Autumn: 12 Nov. f: 455.

Die 29. Novemb.

S. Didaci Confess: Semid:

fixè ad hanc diem. Fuit 13. h. Meruit supremos.

Omnia ut in Vet: Br: Parte Autumn. f. 461. et segq.

Eodem die 29. Novembris.

In Vigilia S. Andreæ Apost:

Rubrica: „ Si Vigilia S. Andreæ Apostoli ve-
„ nerit ante Adventum, legitur lectio 12. cum
„ 1mo Rl. Dominicæ præced: de eadem Vigilia,
„ Cuius Comemoratio fit etiam ad Laudes in Offi-

„ cio 12. lectionum. Quòd si venerit in Ad-
ventu nihil fit de hac vigilia, nisi in Missa, in
qua dicitur Evangel: S. Ioannis in fine.

„ Pro Commem: Vigiliæ in Laudibus Anti-
„ phona et V. de feria occurrente.

„ Si alicubi hac die Officium non fiat de
„ Sancto, tunc erit feriale, et pro Vigilia dicen-
„ tur lectiones ut in principio Comunis Sancto-
„ rum; in Laudibus verò post comemorationem
„ S. Saturnini extra Adventum fiat Comemoratio
„ de S. Cruce cum reliquis.

FESTA DECEMBRIS.

Die 1. Decemb:

S. Conradi Ep. et Conf: Semid:

In Hymno: meruit supremos.

Oratio Exaudi quæsumus p. de Communi.

In I. Nocturno Lectiones Fidelis sermo p.

* Absolutio Ipsius pietas. Benedictio Dey Pater.

In II. Noct*: Lect: V.

Conradus Henrici illustrissimi Comitis Altorffii ex coniuge Beata, sive Hatta-

filius septennis Nothingo Constantiensi Episcopo sanctissimo à piis parentibus religiosè educandus, literísque erudiendus traditur. Quo magistro usus, tum in scientiarum, tum etiam in Christianæ perfectionis studiis mirabiles progressus habuit: adolescens cùm magna sanctitatis, prudentiæque laude floreret, Constantiensis Ecclesiæ Præpositus primùm creatur; deinde Nothingo Constantiensi Episcopo mortuo, in illius locum, ob doctrinam, et notam sanctitatem eligitur. Quod munus sancti Udalrici Augustani Præsulis rogatu, ac precibus victus suscepit, cùm diu recusâsset.

℟. Inveni David servum f: 31.

Lect: VI.

In Episcopatu totus orationi, atque assi-

duis precibus pastoralibúsque officiis addictus, cùm in id maximè incumberet, quod de Ecclesia sua benè regenda animo conceperat, id Dei auxilio asecutus est. Religionis causa ad Sepulchrum Domini ter Hierosolymam peregrinatus est. Missam cùm die quodam perageret, araneus ex alto delapsus in calicem se ~~dem~~ immisit, cúmque eum unà cum Sacro Sanguine Conradus absumpsisset, inter prandendum è stomacho prorepentem vivum iterum ex ore emisit.

℟. Posui adiutorium. f: 32.

Lectio VII.

Constantiæ plures Basilicas ædificavit, unam sancti Ioannis nomine, alteram sancti Pauli, tertiam sancti Mauritii, quas maximis muneribus auxit, eísque

domos, et prædia attribuit: Canonicorum præterea numerum in Cathedrali Ecclesia augere placuit: Xenodóchium ad páuperum usum construxit. Anno restitutæ salutis nongentesimo quadragesimo Octavo, cum Eberhardus è Franconiæ, et Weterávіæ Principibus, primus Einsidlensis Abbas fatiscentem vetustate Divæ Virginis ædiculam, à Meinrado primitùs constitutam, restaurâsset, clausámque fabricâ à Conrado initiari postulâsset, ad Monasterium appulsus, et nocturnis pro more precationibus affixus, Sacellum ab ipsomet Christo inaugurari, et iisdem, quibus Episcopi solent, cæremoniis consecrari videre meruit; eius postea rei publico coram Romano Pontifice et Imperatore testimonio dicto.

℟. Iste est, qui ante Deum. f. 33.

Lect. VIII.

His itaque, et aliis piè, prudentérque factis (: quippe, qui nihil omiserit, quod beatus Paulus Apostolus Episcopo præscripsit:) cùm Spiritu Prophetico prædixisset fore, ut beatus Gebhardus, tunc puer, sibi in Episcopatu post Haminolphum succederet, Ecclesiâ Constantiensi quadraginta duob9 annis sanctè administratâ, propagatæ Religionis, virtutúmque Episcopalium laude clarus, multísque meritis cumulatus obdormivit in Domino, sexto Kalendas Decembris, anno salutis humanæ nongentesimo septuagesimo sexto.

℟. Iustum deduxit. f. 35.

In III. Nocturno Homilia in Evangeliũ Vigilate ℣ de Communi Confessoris Pontificis.

Die 2. Decembris.

S. Bibianæ Virg. et Mart: Semid: Vide fol. 413.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Autum. f. 510. Sed V^ta lectio his verbis finiatur: „extra urbem capite plexa est. Reliqua præponantur sextæ lectioni. Reliqua ut ibi.

Die 3. Decembr:

S. Xaverii Confess: Duplex. Vide f. 416.

In Hymno non dicitur: Meruit supremos.
In I. Nocturno Lect: de Scriptura occurrente.
Lectioni septimæ addendum est initium lectionis Octavæ usque ad hæc verba: „Demum in Sanctiano „ exclusivè. Reliqua ut in Vet: Brev: Parte Hyemali f. 460. et seqq.

Die 4. Decemb:

S. Barbaræ Virg: et Mart: dupl:

Oratio.

Deus virginitatis amator, qui ad declaranda merita beatæ Barbaræ Virginis et Mártyr-

ris tuæ, populo ipsam dignè invocanti, misericordiam promisisti: ipsius nobis intercessione concede; ut, hostium superatis insidiis, æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum. * Absolutio. Ipsius pietas, et Benedictio Deus Pater omnipotens,

In II. Noct: Lect: V.

Barbara Virgo Nicomediensis, Dioscori nobilis, sed superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia, divina opitulante gratiâ, facilè pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque divinis vacare cœpit. Eam pater, utpote formâ venustiori nitentem, à quocunque virorum occursu tutari cupiens, turri inclusit; ubi pia Virgo meditationibus, et precibus addicta, soli Deo, quem sibi in sponsum elegerat, placere studebat. Oblata à patre pluries nobilium connubia fortiter sprevit: pater verò per sui absentiam filiæ animum posse faciliùs emolliri confidens, iussit primò

balneum exstrui, ne quid ei deesset ad cō-
moditatem, deinde peregrè ad éxteriores
regiones profectus est.

℟. Propter veritatem. f. 52.

Lect: VI.

Absente patre iussit Barbara duabus fe-
nestris, quæ in turri erant, tertiam addi
in honorem Divinæ Trinitatis, labiúmq;
balnei sacrosanctæ Crucis signo muniri.
Quod, ubi rediens Dióscorus inspexit, au-
ditâ novitatis causâ, adeò in filiam ex-
canduit, ut stricto ense eam appetens,
parùm abfuerit, quin eam dirè confoderet.
Sed prestò adfuit Deus; nam fugienti Bar-
baræ saxum ingens se patefaciens viam
aperuit, per quam montis fastigium péte-
re, et in specu latére potuit. Sed paulò
post, cùm à nequissimo genitore reperta
fuisset, eius látera pedibus, dorsúmque

pugnîs immániter percussit, et crinibus per loca aspera, difficilésque vias raptatam, Marciáno præsidi puniendam tradidit.

℟. Dilexisti justitiam, f. 53.

Lect VII.

Itaque ab ipso omnibus modis, sed incassum tentatam, nudam nervis cædi, et inflicta vulnera téstulis confricari, deinde in carcerem trahi præcepit: ubi immensa luce circumdatus ei Christus apparens, mirificè confortatam in passionum tollerantia confirmavit: quod animadvertens Iuliána matróna ad fidē conversa eiusdem palmæ párticeps effecta est.

℟. Prudentes Virgines. f. 54.

Lect. VIII.

Barbaræ demum ferreis unguibus membra laniantur, facibus latera in-

cenduntur, et malléolis caput contun-
ditur: quibus in cruciatibus consortē
solabatur, et hortabatur, ut ad finē usq;
constanter certaret. Præcisis tandem
utríque ubéribus, nudæ per loca públi-
ca tractæ, capite plectuntur, Filiæque
cervícem ipse scelestissimus pater, hu-
manitatis expers, propriis manibus
amputavit: cuius fera crudelitas non
diu inulta remansit; nam statim eo
in loco fulmine percussus interiit.

℟. Afferentur Regi. f. 55.

In III. Noct: Homilia de 10 Virginibg. i. loco.

Die 5. Decemb.

S. Petri Chrysólogi Confess: Ep.

Duplex.

Omnia de Cōmuni Confessoris Pontif: præ-
ter sequentia. In Hymno: Meruit supremos.

Ad Magnificat in utrisq; Vesp: O Doctor.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Chrysólogum doctorem egregium divinitùs præmonstratum ad regendam, et instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: præsta quæsumus; ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

In I. Nocturno Lect: Fidelis sermo.

* Absolutio Ipsius pietas.

In II. Noct*: Lect: V.

Benedictio Deg Pater. Petrus, qui ob auream eius eloquentiam Chrysólogi nomen adeptus est, foro Cornelii in Æmilia honestis parentibus natus, à prima ætate animum ad religionem adiiciens, Corne-

lio Romano tunc eiusdem Urbis Corne-
liensis Episcopo operam dedit: à quo
etiam, scientiâ, et vitæ sanctitate cùm
brevi profeciſset, Diaconus creatus est.
Postmodum contigit, ut Ravennates ob
mortem Archipræsulis sui alium (ut mo-
ris erat:) ab eis electum Romam ad sanc-
tum Sixtum Papam tertium pro con-
firmatione miserint, unà cum Legatis
suis, et cum prædicto Cornelio, qui eun-
dem Levitam secum perduxit. Interim
Sanctus Petrus Apostolus et Martyr
Apollinaris summo Pontifici in somnis ap-
paruerunt, mediúmque habentes hunc
iuvenem iuſserunt, ut illum, et non aliũ
in Archiepiscopum Ravennæ crearet.
Hinc Pontifex mox, ut vidit Petrum, cog-
novit eum à Domino Deo præelectum;

propterea relicto illo, quem ipsi offerebant hunc solum anno Christi quadringentesimo trigesimo tertio illi Metropolitanæ præfecit Ecclesiæ. Quod cum Legati Ravennatenses ægrè ferrent, auditâ visione, divinæ voluntati libenter aquiescentes, novum Archiepiscopum maxima cum reverentia susceperunt.

℟. Inveni David. f: 31.

Lect: VI.

Petrus igitur licèt invitus in Archipræsulem consecratus, Ravennam deducitur: ubi à Valentiniano Imperatore, et à Galla Placídia eius matre, ac ab universo populo maximâ lætitiâ exceptus est. Et ille ab eis id unum petere dixit, ut, quando tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusavit, studerent ipsi monitis suis obtemperare, divinisque præceptis non obsistere. Duorum Sanctorum tunc ibi de-

functorum corpora optimis unguentis condíta sepelivit, Barbatiani videlicet Presbyteri, et Germani Antisiodorensis Episcopi, cuius etiam cucullam, et cilicium sibi vendicavit in hæreditatem. Proiectum, et Marcellinum in Episcopos ordinavit. In Classe fontem exstruxit magnitudinis verè admirabilis, et templa quædam magnifica ædificavit, tum beato Andreæ Apostolo, tum aliis sanctis. Ludos ab hominibus personatis cum variis saltationibus Kalendis Ianuarii fieri solitos concióne cohibuit acerrima: ubi inter alia illud præclarè dixit: Qui iocare voluerit cum diábolo, non poterit gaudere cum Christo. Iussu sancti Leonis Papæ Primi scripsit postea ad Calcedonense consilium adversus hæresim Eutychétis. Respondit præterea ad Eutychen ipsum, et alia Epistola, quæ eidem consilio in novis editionibus præfixa,

et in annales Ecclesiasticos relata fuit.

℟. Posui adiutorium. f. 32.

Lect: VII.

Dum publicè sermones haberet ad populum, adeò vehemens erat in dicendo, ut præ nimio ardore vox illi interdum defecerit: sicut contigit in concione mulieris Hemorrhoissæ. Unde Ravennates commoti tot lacrymis, clamoribus, et orationibus locum repleverunt, ut postea gratias ageret Deo, quod in lucrum amoris verterit damnum eiusdem sermonis.

℟. Iste est, qui f: 33.

Lect: VIII.

Cùm tandem annos circiter decem et octo eam Ecclesiam sanctissimè rexisset, laborum suorum finem adesse divinitùs prænoscens, in patriam se contulit: ubi sancti Cassiani templum ingressus, magnum Diadéma aureū, gemmis distinctum prætiosissimis, offerens, super Altare maius posuit, nec non aureum

Cratéram

et patenam argénteam, quam tum rabidi canis morsus, tum febres sanare sæpiùs expertum est, aquâ inde demissâ. Ex tunc Ravennates, qui eundem secuti fuerant, dimisit, admonens, ut in eligendo optimo Pastore invigilarent attentè. Mox Deum humíliter precatus, et sanctum Cassianum Patronum, ut benignè animam eius exciperet, tertio nonas Decembris placidè ex hac vita migravit anno Domini circiter quadringentesimo quinquagesimo. Sacrum illius corpus communi totíus civitatis fletu, ac pietate prope corpus eiusdem sancti Cassiani honorifice conditum, nostris etiam temporibus religiosè colitur: cuius tamen brachium auro, et gemmis ornatum Ravennam delatum, in Ursiana æde veneratur.

℟. Iustum deduxit. f: 35.

In III. Noct: Vos estis sal terræ, de Cōmuni Doct.

December.

Die 8. Decembr:

In Festo Conceptionis B.V. MARIÆ

Duplex II. Classis.

Hanc omisit propr. Ebersmunst.

Omnia ut in Veteri Brev: exceptâ Rubricâ post II. Vesperas huius festi positâ, quæ modò sic sonat: „ Si festum Conceptionis occurrat in „ Dominica II. Adventûs, transfertur in primam „ diem non impeditam: Sabbato verò proximè „ sequenti, quia dies Octava Conceptionis non „ transfertur, neque de ea fieri potest officium, „ nisi per solam Commemorationem in Dominica: „ Ideò in primis Vesperis Dominicæ tertiæ dicun- „ tur Antiphonæ et psalmi de Sabbato, Regnum „ tuum ℣ Capitulum, et cætera de Dominica ter- „ tia, et fit commem: de die Octava ut in primis „ Vesp: festi. In Laudibus fit commem: Octavæ. „ Non dicuntur preces ad Completorium; neq „ ad Primam, in qua tamen dicitur: Quicunque. „ In Vesperis de Dominica fit commemoratio „ Octavæ ut in II. Vesp. festi. In II. Vesp. Com: „ Sequ: et feriæ.

Die 9. Decembr:

S. Gregorii Thavmaturgi Ep: C.

Semiduplex. In Hymno Meruit supremos.

In I. Noct: Lectiones de Scriptura. Reliqua ut in Veteri Brev: die 17. Novemb: f. 492.

Die 14. Decemb.

S. Dominici Abbat. silensis dupl:

Omnia ut in Vet: Brev: Parte Hiemal. f: CC. 61.

Die 16. Decemb.

S. Eusebii Ep. et Mart: semidupl:

Omnia de Comuni unius Martyr. præter sequentia.

Oratio: Deus qui nos beati p. de eodem Comuni.

In I. Noct: Lect: de script: occurr: Si verò venerit in Quatuor Temp: erunt primæ lectiones: A Mileto. * Absolutio Ipsius pietas p. Benedictio Deus Pater p.

In II. Noct: * Lect: V.

Eusebius natione Sardus, Romanæ Urbis Lector, post Vercellensis Episcopus, ad hanc regendam Ecclesiam meritò est creditus

divino electus iudicio; nam, quem nunquam ante constituti electores cognóverant, posthabitis civibus, simul ut viderunt, et probaverunt, tantúmque interfuit, ut probaretur, quantùm, ut videretur. Primus in Occidentis partibus in eadem Ecclesia eosdem monachos instituit esse, quos clericos, ut esset in ipsis viris et contemptus rerum, et accuratio Levitarum. Arianis impietatibus ea tempestate per occidentem longè latéque traductis, adversùs eas viriliter sic dimicavit, ut eius invicta fides Liberium summum Pontificem ad vitæ solatium erigeret. Quare hic sciens in ipso fervere spiritum Dei, cum ei significasset, ut penes Imperatorem unà cum suis legatis

patrocinium fidei susciperet, mox cum illis profectus est ad Constantium, apud quem enixius agens, quidquid Legatione petebatur, obtinuit, ut Episcoporum nempe cœtus celebraretur.

℟. Honestum fecit. f. 37.

Lect: VI.

Collectum est Mediolani anno sequenti concilium, ad quod à Constantio invitatum Eusebium, concupitúmque, ac vocatum à Liberii Legatis tantùm abest, ut malignantium synagoga Arianorum contra sanctum Athanasium furentium in suas partes adduceret, ut potiùs disertè statim ipse declarans è præsentibus quosdam sibi compertos hæretica labe pollutos, Nicænam primò fidem proposuerit, iis subscribendam, antequã

cætera tractarentur. Quod Arianis acerbè iratis negantibus, nedum in Athanasium recusavit ipse subscribere, quin Sancti Dionysii Martyris, qui deceptus ab ipsis subscripserat, captivatam simplicitatem ingeniosissimè liberavit. Quámobrem illi graviter indignantes, post multas illatas iniurias exillio illũ mulctârunt. Sed Sanctus Vir excusso pulvere, nec Cæsaris minas veritus, nec enses obstrictos, exilium veluti sui Ministerii officium accepit, missusque Scythópolim famem, sitim, verbera, divérsaque supplicia perpessus, pro fide strenuè vitam contempsit, mortem non metuit, corpus carnificibus tradidit.

℟. Desiderium animæ. f. 39.

Lect. VII.

Quanta in eum tunc Arianorum cru-

delitas fuerit, ac effrons inverecundia, ostendunt graves literæ plenæ roboris, pietatis, ac religionis, quas è Scythopoli Scripsit, ad Vercellensem Clerum, et populum, aliósque finitimos, è quib9 etiã est exploratum, ipsorum nec minis, inhumanâque sævitiâ potuisse unquam eum deterreri, nec serpentínâ blandâ subtilitate ad eorum societatem perduci. Hinc in Cappadociam, postremóque ad superiores Ægypti Thebáidas pro constantia sua deportatus, exilii rigores tulit ad mortẽ usque Constantii, post quem ad gregem suum reverti permissus, non prius redire voluit, quàm reparandis fidei iacturis ad Alexandrínam sýnodum sese conferret, postque medici præstantis instar peragrans Orientis provincias in fide infirmos

ad integram valetudinem restitueret, eos instituens in Ecclesiæ doctrina.

℟. Stola iucunditatis. f. 40.

Lect. VIII.

Inde salubritate pari digresso in Illýricum, tandémque in Italiam delato adeig reditum lugubres vestes Italia mutavit, ubi, postquam Psalmorum omnium expurgatos à se commentarios Orígenis edidit, Eusebiíque Cæsareensis, quos verterat de Græco in Latinum, demum tot egregiè factis illustris ad immarcescibilem gloriæ coronam tantis ærumnis promeritā sub Valentiniano et Valente Vercellis migravit. ℟. Posuisti Domine. f. 41.

In III. Noct: Homil: S. Gregorii Papæ in Evangel: Si quis vult post me venire. ut in Communi unius Martyris. ℟. io. Domine prævenisti.

Si verò hoc festum occurrat in Quat: temp:

12. lectio legitur de Homilia illius feriæ, cum suo ℟. et fit commem. feriæ in Laud℄. et ~~Vesp℄~~.

Die 18. Decemb.

In Festo Exspectationis B. Mariæ Virginis. Dupl: Maius.

Ad Vesp: Aña. Missus est Gabriel. cum reliquis ad Laudes. Psalmi: Dixit Dñus. Laudate pueri. Lætatus sum. Nisi Dominus.

Capitulum.

Egredietur Virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini.

℟. br. Rorate cœli desuper, *Et nubes pluant iustum. Rorate ℘. ℣. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem. *Et nubes. Gloria. *Et nubes.

Hymn: Conditor alme siderum ℘. ut in Do-

minica prima Adventûs. ℣. Ave Maria gratia plena. ℟. Dominus tecum.

Ad Magnific: Antiph:

Spiritus Sanctus in te descendet Maria, ne timeas: habebis in utero Filium Dei alleluia.

Oratio.

Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut, qui verè eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per eundem Dominum.

Deinde fit commem: Adventûs Ana: O.

~~Et in fine Hymn: dicatur.~~
~~Laus, honor, virtus, gloria,~~
~~Deo Patri, et Filio~~
~~Sancto simul Paraclyto~~
~~In seculorum secula. Amen.~~

Ad Matutinū Invitatorium.

Ave Maria gratiâ plenà: * Dominus tecum.

q cuius clausula fiat, ut his post ~~dictum~~ ~~versiculum~~ ~~versiculum~~ tum ut ibidem notatur, nimirum: Laus honor, p.

Hymnus: Verbum supernum. ut in Dominica prima Adventûs. Clausula, ut ibidem notatur.

In I. Nocturno.

Ana. Ecce Dominus noster † cum virtute veniet, et illuminabit oculos servorū suorum alleluia.

Psalmus: Domine Dominus noster: * cum reliquis de Communi Virginum.

Ana. Rorate † cœli desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Psalm: Cœli enarrant gloriam Dei: *

Ana. Ecce nomen Domini † de longinquo: et claritas eius replet orbem terrarum.

Psalm: Domini est terra, et plenitudo eiꝰ: *

Ana. De Sion † exibit lex, et verbum Domini de Ierusalem.

Psalm: Eructavit cor meum verbum bonum: *

Ana. Ecce Deus noster † expectavimꝰ eū; et salvabit nos, alleluia.

Ps: Deus noster refugium et virtus: *

Ana. Dominus veniet † occurrite illi dicentes: Magnum principium: et regni eius non erit finis, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis.

℣ Absolutio Exaudi Dne Benedictio Benedictione perpetua

Ps: Magnus Dominus et laudabilis nimis: *

℣. Ex Sion species decoris eius

℟. Deus noster manifestè veniet.

℣ Lectio I.

Cap. 7. b.

De Isaia Propheta.

Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur

nomen eius Emanuel. Butyrum, et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

℟. Non auferetur sceptrum de Iuda et Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: * Et ipse erit expectatio gentium. ℣. Pulchriores sunt oculi eius vino: et dentes eius lacte candidiores. * Et ipse. Benedictio Unigenity Dei Filius p.

Lect: II.

C. ii. a.

Et egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini: spiritus sapientiæ, et intellectus; spiritus consilii et fortitudinis; spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundùm visionem oculorum iudicabit, neq; secundùm auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ: et percutiet

terram virgâ oris sui, et spiritu labiorū suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, et fides cinctorium renum eius.

℟. Orietur stella ex Iacob: et consurget homo de Israël, et confringet omnes duces alienigenarum. * Et erit omnis terra possessio eius. ℣. De Iacob erit, qui dominabitur, et perdet reliquias civitatis. * Et erit. Benedictio Spiritꝰ Stⁱ gratiaꝰ.

C.35.d. Lect: III.

Lætabitur deserta, et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinans germinabit, et exultabit lætabunda, et laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli et Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, et decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate. ℟. Descendet Dominus sicut pluvia in vellus: orietur in diebus eius justitia: * Et

abundantia pacis. ℣. Et adorabunt eum omnes Reges; omnes gentes servient ei. * Et abundantia. Benedicto In unitate S.ti Spiritûs p

Lect: IV.

Dicite pusillanimis: confortamini, et nolite timere: ecce Deus vester ultionē adducet retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine. Et, quæ erat arida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarū.

℟. Lætentur cœli, et exultet terra: iubilate montes laudem, quia Dominus noster veniet: * Et pauperum suorum miserebitur. ℣. Orietur in diebus eius iustititia et abundantia pacis. * Et pauperū.

Gloria Patri. * Et pauperum.

In II. Nocturno Antiphon:

Orietur † in diebus Domini abundantia pacis, et dominabitur.

Psalm: Deus iudicium tuum Regi da: *

Ex 2. Noct: feriæ 4tæ ad Matutin: f: 73. in parte Hiemali.

Ana. Dominus † dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.

Ps: Benedixisti Domine terrā tuā: *

De Virginibus.

Ana. Ecce veniet † Deus, et Homo de domo David, sedere in throno in æternum. Ps: fundamenta eius in montibus sanctis: *

Ana. Annuntiate † populis, et dicite; Ecce Deus Salvator noster veniet.

Ps: Cantate Dño canticum novum: *

Ana. De Sion † veniet Dominus omnipotens, ut salvum faciat populum suum.

Ps: Dominus regnavit, exultet terra:*
Ana. De Sion † veniet, qui regnaturus est, Dominus Emanuel, magnum nomen eius.
Ps: Cantate Dño canticum novum:* quia mirabilia fecit.
℣. Egredietur virga de radice Iesse.
℟. Et flos de radice eius ascendet.

*Absolutio Ipsiy pietas Benedictio Deg Pater p.

Sermo sancti Ildephonsi Archiepiscopi Toletani.

Ex libro de Virginit. B. Mariæ ab init.

Lectio V.

Domina mea, atque dominatrix mea dominans mihi, Mater Domini mei, ancilla Filii tui; Genitrix Factoris mundi, te rogo, te oro, te quæso, ut habeam Spiritum Domini tui; Spirítúmque Filii tui, nec non et Spiritum Redemptoris mei, ut de te vera, et digna sapiam; vera, et digna loquar; vera, et digna, quæcunque sunt, diligam. Tu enim es electa à Deo,

assumpta à Deo, advocata à Deo, próxima Deo, adhærens Deo, coniuncta Deo: visitata ab Angelo, salutata ab Angelo, benedicta ab Angelo, beatificata ab Angelo; turbata in sermone, attonita in cogitatione stupefacta in salutatione, admirata in dictorum annuntiatione.

℟. Ecce Virgo concipiet et pariet Filiũ dicit Dominus. * Et vocabitur nomen eiꝰ admirabilis, Deus, fortis, ℣. super solium David, et super regnum eius sedebit in æternum. * Et vocabitur.

Benedictio Chriꝰ perpetua. Lect. VI.

Invenisse te apud Deum gratiam audis, et, ne timeas, iubéris. Unde et tu fiducia roboraris, cognitione miraculorum instrúeris, ad novitatem inauditæ gloriæ provéheris. De prole ab Angelo nuntiata es, et post fœtum integra, et pudi-

ca manes. Certa Virginitas nobis proponitur; et nasciturum ex te sanctum Dei Filium tibi ab Angelo evangelizatur: et quæ sit nascentis Regis potentia, mirabiliter intimatur. Quomodo fiat, quæris, de origine interrogas, de ratione perscrutaris, de experientia requiris, de ordine scisciteris.

℟. Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum; * Aperiatur terra, et germinet Salvatorem. ℣. Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. * Aperiatur.

Lect. VII. Benedicto Ignem sui amoris p

Audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus, animadverte incognitum arcanum, attende invisum factum: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Tota invi-

sibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te: sola persona Filii Dei in corpore tuo nascitura carnem assumet de te. Ideoque quod concipietur ex te, quod nascetur ex te, quod prodiet ex te, quod parturietur ex te, sanctum vocabitur Filius Dei.

℟. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ *De petra deserti ad montem filiæ Sion. ℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. *De petra. Benedictio. A cunctis vitiis p.

Lect: VIII.

Erit enim hic magnus, hic Deus virtutum, hic Rex omnium seculorum, hic factor omnium rerum. Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puérperas, Domina inter ancillas, Regina inter sorores. Ecce! ex hoc beatam te dicent omnes ge-

nerationes, beatam te noverunt omnes cœlestes virtutes, beatam te prædicant omnes Vates, beatam te celebrant omnes nationes. Beata tu fidei nostræ, beata tu animæ nostræ, beata dilectioni nostræ, beata præconiis, et prædicationibus meis.

℟. Docebit nos Dominus vias suas, et ambulabimus in semitis eius: * Quia ex Sion exibit lex, et verbum Domini de Ierusalem. ℣. Venite ascendamus ad montẽ Domini, et ad domum Dei Iacob. * Quia, Gloria. * Quia.

In III. Noct: ad Cantica Antiph:

De cœlo veniet † Dominator Dominus: et in manu eius honor et imperium.

Canticum. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet: * ut in Dominica prima Adventûs.

℣. Egredietur Dominus de loco sancto suo.
℟. Veniet, ut salvet populum suum.

Absolutio. à vinculis. Benedictio. Evangelica lectio.

Cap. i. a. Lectio S. Evangelii secundùm Lucam.

Lect. IX.

In illo tempore missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua.

In Ev: Lucæ Cap. i. et homil. Hyemal. de Temp. Fer. 4. Quatuor Temp. mensis Decembr.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ad Mariam Virginem Gabriel mittitur qui Dei fortitudo nominatur: illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutū Dominus, et potens in prælio contra potestates aëreas ad bella veniebat.

℟. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Ioseph, nuntians ei verbum: et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria: invenisti gratiam apud Dominum: * Ecce! concipies, et paries, et vocabitur Altissimi Filius. ℣. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in æternum. * Ecce! concipies. Benedictio ille nos benedicat p

Lect: X.

Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Benè gratiâ plena vocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat, assequitur: ut ipsum videlicet gratiæ concipiat, et génere auctorem. Ecce! concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen eius IESUM. IESUS Salvator, sive salutaris interpretatur: cuius sacramentum nominis alloquens Ioseph Angelg

exposuit: Ipse enim, inquiens, salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Non ait, populum Israël, sed populum suum, hoc est, in unitatem fidei ex præputio, et circumcisione vocatum: quibus ex diversa parte vocatis fieret unus pastor, et unum ovile.

℟. Ave Maria gratiâ plena Dominus tecum: * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. ℣. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? et respondens Angelus dixit ei. * Spiritus.

Benedictio. Cuius festum y

Lect: XI.

Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedē David patris eius. Idem ergo Filius Altissimi, qui in utero Virginali conceptus, et natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempora natus

ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est: omittat Nestorius, hominem tantùm dicere ex Virgine natum. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, IESUS Sanctus singulariter nasciturus asseritur. Nos quippe, etsi sancti efficimur, non tamen nascimur, quia ipsa naturæ ~~cauda~~ corruptionis conditione constringimur, ut meritò cū Propheta gementes singuli dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea.

℟. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est, concipies, et paries Deum pariter et hominem: * Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem Filiū, et virginitatis non patieris detrimentum: efficieris gravida, et eris Mater semper intacta. * Ut benedicta.

„ Si hoc festum venerit in feria VI. vel Sabb:
„ Quat: Temp: 12. lectio legatur de Homilia
„ eiusdem feriæ cum suo ℟.

Benedicto Ad societatem p. Lect: XII.

Ille autem solus veraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vínceret, ex coniunctione carnalis copulæ conceptus non est, Sanctum, inquit, vocabitur Filius Dei. Quid hîc dicis, Nestoriane, qui, beatam Mariam Dei negans esse Genitricem, apertè níteris impugnare veritatem? Ecce! Deum dixit superventurum, Dei Filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei Filius Deus non est, aut quæ Deum edidit, quomodo Theótocos, id est, Dei Genitrix non esse potest?

℟ Nascetur nobis parvulus, et vocabitur Deus fortis: ipse sedebit super thronum David Patris sui, et imperabit. * Cuius potestas super humerum eius. ℣. Mul-

tiplicabitur eius imperium, et pacis non e-
rit finis. * Cuius. Gloria. * Cuius.

„ Si autem hoc festum inciderit in fer: IV.
„ Quat: Temp: tunc, locò supradictæ Homiliæ
„ dicatur Homilia S. Ambrosii Episcopi, ut in
„ eadem feria IV. Quat: Temp: cum Responsoriis
„ hîc assignatis: et pro XII. Lectione eiusdem
„ Homiliæ legatur sequens

Lectio XII.

Simul ancillam dicendo nullam sibi prærogativam tantæ gratiæ vendicavit, quæ faceret, quod iuberetur; mitem enim, humilémque paritura, humilitatem debuit etiam ipsa præferre. Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum. Habes obsequium, vides votum; Ecce enim ancilla Domini: apparatus officii est: Contingat mihi secundùm verbum tuum: conceptus est voti.

℟. Nascetur nobis, „ ut proximè supra.

Cap. 1. c. 26.

Sequentia S. Evangelii secundùm Lucam.

In illo tempore: missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen ~~erat Ioseph~~ Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David: et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; invenisti enim gratiam apud ~~Dominum~~ Deum: ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen eius IESUM. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius: et regnabit in domo Iacob in æternum, et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quómodò fiet

istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabet cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Oratio.

Deus qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut, qui verè eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per eundem Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum &c.

AD LAUDES

et per Horas. Ana.

Missus est † Gabriel Angelus ad Mariā Virginem desponsatam Ioseph.

Psalm: Dominus regnavit, decorem indutus est: *

Ana: Ave Maria † gratiâ plena, Dominus tecum. Ps. Iubilate Deo omnis terra: *

Ana: Ne timeas Maria † invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies et paries Filium alleluia. Ps: Deus Deus meus: *

Ana: Dabit ei Dominus † sedem David patris eius, et regnabit in æternum. Cantic: Benedicite omnia opera Domini Domino: *

Ana: Ecce ancilla Domini: † fiat mihi secundùm verbum tuum. Ps: Laudate Dominum de cœlis: *

Capitulum. Isaiæ ii.

Egredietur virga de radice Iesse, et flos

de radice eius descendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini.

℟. br: Ave Maria gratiâ plena: * Dominus tecum. Ave Maria. ℣. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus Fructus ventris tui. * Dnus. Gloria. * Dnus.

Hymnus: Vox clara ecce intonat, ut in Dominica prima Adventûs, ad Laudes.

℣. Spiritus Sanctus superveniet in te.
℟. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Ad Benedictus Antiphona:
Super solium David † et super regnum eius sedebit in æternum.

Oratio Deus qui de beatæ. ut supra post Evang:
Deinde fit comm: feria.

Ad Tertiam Ana.

Ave Maria. Capit: Egredietur. ut supra.
℣. Angelus Domini nuntiovit Mariæ.
℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

Ad Sextam Antiph:

Ne timeas.

Capitulum. Isa: 7. c. 14.

Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum, et mel comedet, ut sciat reprobare malu, et eligere bonum.

℣. Benedicta tu in mulieribus.

℟. Et benedictus Fructus ventris tui.

Ad Nonam Antiph:

Ecce ancilla Domini.

Capitulum. Isaiæ 45.

Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem; et justitia oriatur simul: ego Dominus creavi eum.

℣. Spiritus Sanctus superveniet in te. ℟. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

„ In II. Vesp: omnia dicuntur, ut in primis,
„ præter quartam Antiphonam, cuius loco di-
„ citur sequens:

Ana. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

„ Et loco ultimi Psalmi dicitur: Memento Domine David: * ut in feria 3. ad Vesp:

Ad Magnificat Antiphona.

O Virgo Virginum † quomodo fiet istud, quia nec primam similem visa es, nec habere sequentem? Filiæ Ierusalem quid me admiramini? Divinum est Mysteriū hoc, quod cernitis.

* 2p. Dec
In Nat. D.N. J.C
postpe Dem Trag
Evang. Exijt edi
ctum Regis Zuel
Evang. Du mach
Liber generationis
ut in festo Nat
vel Epist: 6ta p
ep. Dec.

Oratio ut supra.

Pro Commem: Adventûs Ana. O.

De Vigilia S. Thomæ Apostoli nihil fit, nisi in Missa.

*

Comune Sanctorum.

Comune Martyrū Tempore Paschali

Commune unius Martyris.

In homilia S. Augustini 1.° loco, quæ incipit: Iste locus Evangelicus, & Lectioni undecimæ addantur sequentia: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructū plus afferat.

Ante secundum Nocturnum ponitur hæc Rubrica: Lectiones pro Martyre non Pontifice Fratres debitores, ut infra de Comuni plurim. Martyrū. Post decimum Rℝ. quod incipit: Hic est verè Martyr, hæc ponitur Rubrica: „ Sequens Rℝ. „ dicitur, quando in proprio annotatur. cm. com. Hl folgt dann

Comune Confessoris Pontificis.

In Hymno Iste Confessor, post primam strophā ponitur hæc Rubrica: „ Si non sit dies ó- „ bitus, aut immediatè sequens, ut pridie in Vesperis „ adhuc potuerit saltem ~~comemoratio~~ capitulo de ea fieri, duo XV. „ præcedentes sic variantur:

„ Hodie lætus meruit supremos
Laudis honores.

& quæ sic terminatur: meruit secreta scandere cœli.

Post quartum Responsorium primi Nocturni hæc Rubrica: „ Pro pluribus Pont. dicuntur Lectiones: „ Laudemus viros, ut infra post secundas Vesp.

Comune Confess: non Pontificis.

In Hymno Iste confessor, Rubrica ut supra de Conf: Pont.

Pro Responsorio Septimo dicatur, quod in Veteri Breviario est Octavum, nempe: Prudentes Virgines aptate vestras lampades, ℣. et pro ℟. Octavo dicatur, quod in Veteri Breve. est Septimum, nimirum: Afferentur Regi Virgines post eam ℣.

℣ In Dedicatione Ecclesiæ. In utrisque Vesp: ℟.br. Locus iste Sanctus est, ut habetur in 2. Vesp:

℣

Post Comune Dedicationis Ecclesiæ in Novo Breviario sequentia ponuntur.

„ Officia certis diebus per mensem, „ vel Septimanam non impeditis celebrari con„cessa.

„ Advertendum, subiuncta Officia celebrari non „ posse iis diebus, in quibus faciendum est de „ festo duplici, aut semiduplici, etiam translato; „ aut de die infra Octavam, neque in ferüs maioribus, Adventûs silicet, et Quadragesimo, aut feriâ „ II. Rogationum, nec in Vigiliis, aut Quatuor „ Temporibus, nec in feria, in qua ritu feriali „ ponendum est Officium Dominicæ impeditum. Ita varia S. R. C. Decreta.

390. # Officium de Venerabili Sacramento, sub ritu semiduplici, qualibet feriâ quintâ tantùm.

Utrumque hoc Officium extra = chatur.

Officium Imaculatæ Conceptionis. Ritu Duplici.

Cùm de facto tot festa celebranda veniant, ut per totum annum vix semel vacuus locus supersit, hæc duo Officia hîc ex proposito omissa sunt.

Officium B. Mariæ in Sabbato.

In Parte Hyemali et Vernali omnia ut in Veteris Breviarii Parte Hyem. et Vern:
In Parte verò Æstivali et Autumnali Novi Breviarii in I. Vesperis post Orationem hæc habetur diversa Rubrica: „ Deinde si non occurrat simplex, „ de quo prius fiat commemoratio, fiunt Suffragia, „ Comm: de Cruce, de SS. Apostolis ut in Vesp. de Sabbati in Psalt: ~~In Hymno Completorii, modò in Vesperis~~ „ ~~facta fuerit Commemoratio (de B. Maria in sabbato) dicitur. Gloria tibi Dne, qui natus es p.~~

Officium S. P. N. Benedicti

vr. in Hymnis Lenfrein pro chorda et nanori ero exam

Pro feria III. vel alia die Septimanæ, etiam Sabbato ut dictum non impedita, pro toto S. O. N. Semidupl.

Omnia ut in Veteri Breviario. ~~excepta~~ Undecima Benedictio ~~usque in hunc modum~~ Breviarium orat: „Cuius „festum colimus, ipse intercedat pro nobis „ad Dominum.

℣ In Litania Lauretana Dicto: Sub tuum præsidium dicitur ℣. In omni tribulatione et Angustia nostra. ℟. succurre nobis Beatissima Virgo maria.

Officium S. Scholasticæ Virginis.

Feriâ II. vel alia die semel per mensem non impedita pro toto S.O.N. Semiduplex.

In Hymno ad Matutinũ locò Virginis proles, dicatur Virginis laudes,

Reliqua Omnia, ut in Veteri Breviario post finem illig notantur, exceptîs Antiphonîs et versibûs ad Magnificat, et Benedictus, ac Oratione, quæ dicuntur, ut supra in eius festo die 10. febru. pag. 56.

Officium Defunctorum. In Vesperis ante psalmos ponitur hæc Rubrica: Duplicantur Antiphonæ quando officium dicitur integrum cum tribus Nocturnis, et in die Depositionis, Tertio, Septimo, Trigesimo, et Anniversario.

Post Vesperas et ℣. Dominus Vobiscum adde hanc Rubricam: „Deinde dicitur una (: si officium sit IX. lectionum:) vel si sit tantùm cum uno Noct: tres ex Segg. Oratoribus pro qualitate officii. In officio pro Mensę, vel per Adventũ, et Quadragesimam proferia 2da dicuntur tres Segg: Oratoes: Deus qui inter Apostolicos, Deus Venia largitor et, Deus fidelium. Pro Episcopo, vel Abbate mitrato: Deus qui inter Apostolicos sacerdotes famulũ tuum N. Pontificali. Pro Abbate non mitrato, vel pro simplici sacerdote dicitur: Deus qui inter Aplicos sacerdotes famulũ tuum N. sacerdotali. Quæ Oratio dicitur, quoties fit de iis Officium Defunct: tam in die Depositionis quàm in eius tertio, septimo, trigesimo, et Anniversario (: quitamen dies non nominantur) quam aliis. Si fit pro pluribus, dicatur in plurali. Pro non Sacerdotibus in die depositionis Orao: Absolve quæsumus ~~quicunque fuerit pro eo dicta Oratio~~ famulæ tuæ reliqua ut ibi. ℣

Index Proprii de Tempore.

Dominica III. Adventy pag. 1.
Dominicā infra Octavā nativitatis Dni . . . . . 1.
In Circumcisione Dni . . . 2.
In Octava Epiphaniæ . . . . 2.
Dominica Sexagesimæ . . . . 3.
Feria IV. infra Dominicā sexagesimæ . . . . . 3.
Dominica I. Quadrāgesimæ . . 4.
Sabbato ante Dominic: Palm: . . . 4.
Dominica Resurrectionis . . . . 5.
Feria IV. infra Octav. Paschæ . . . . 5.
In die Octava Ascensionis . . . . 5.
Feria VI. post Octav. Ascension: . . . 11.
Dominica infra Octavam Corporis Christi . . . . . 16.
Sabbato ante Dominicam primam Augusti. . . . . 16.
Sabbato ante Dominicam quintam Octobris. . . . . 17.
Dominica I. Novembris . . . . 18.
Feria II. infra hebdomadā primam Novembris . . . . . 18.

Index Festorum mobilium.

Festum SS. Nominis IESU pag. 19.
Septem Dolorum B. M. V. . . . . 79.
Lanceæ et Clavorū Dni . . . . . 128.
Angelorum Custodum . . . . . 239.
Rosarii B. M. V. . . . . 263.
Patrocinii B. M. V. . . . . 312.

Eorum, quæ in præcedenti Supplemento sunt omissa.

Feria IV. Cinerum.

Omnia ut in Veteri Brev: excepto sequenti Responsorio, quod dicendum est post III. Lectionem.

℟. Credidit Abram Deo, et reputatum est ei ad iustitiam. * Et ideo amicus Dei factus est. ℣. fuit autem iustus coram Domino, et ambulavit in viis eius. * Et ideo. Gloria. * Et ideo.

Die 18 Ianuarii
Cathedra Petri Romæ. Dupl. Maius.

Omnia ut in Vet: Brev: præter ea, quæ sequuntur:

In I. Vesperis dicitur ℟. breve. Elegit eum Dominus ℣ ut in i. Vesp. Confessoris Pont.

℟. 10. propter mutationem asterisci, sic est dicendum: ℟. Elegit te Dnus sacerdotem sibi, * ad sacrificandum ei hostiam laudis. ℣. Immola ℣.

In II. Vesp. ℟. br: Elegit eum ℣ ℣. Tu es Petrus, ℣ ut in primis Vesp. Reliqua ut in Veteri Brev. notantur, excepta commemoratione Canuti, cuius loco fit com: de S. Agathone.

Die 19. Febru:

S. Hilarii Ep. et Conf.

Semid:

Omnia ut in Veteri Brev: die 14. Ianuarii, præter ea, quæ sequuntur. Meruit supremos, dic. in Hymno.

In III. Noct. Lectio IX.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Mathæum.

In illo tempore: dixit IESUS discipulis suis Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Coment: in math. c. 5.

Vos estis sal terræ: quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id, quod salietur. Sal, ut arbitror, terræ nullum est. Quomodo ergo Apostolos sal terræ nuncupavit? Sed proprietas est quærenda dictorum, quam et Apostolorum Officium, et ipsius salis natura monstrabit.

Nisi lw. 3. habeat Lect. 9. etiò concinguns.

℟. Amavit eum. f. 158.

Lectio X.

Sal est in se uno continens aquæ, et ignis

elementum, et hoc ex duobus est unum. Hic igitur in omnem usum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impertit, et ad omnem sensum condíti saporis aptissimus est.

℟. In medio. f. 158.

Lectio XI.

Apostoli autem sunt rerum cœlestium prædicatores, et æternitatis velut satores, immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Meritò igitur sal terræ nuncupati sunt, per doctrinæ virtutem saliendi modo æternitati corpora reservantes.

℟. Iste sanctus. f. 159.

Lectio XII.

Sed natura salis semper eadem est, nec īmutari unquam potest. Verùm quia conversioni homo subiacet, et solus beatus, qui usque ad finem in omnibus Dei operibus permanserit: ideò eos sal terræ nuncupatos monet

396. in traditæ sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant, et ipsi, sensu accepti saporis amisso, vivificare corrupta non possint, et proiecti de Ecclesiæ promptuariis cum iis, quos salierint, pedibus incedentium proterantur.

℟. Elegit te. f. 161.

Evangel. Vos estis sal terræ ℣ de Comuni Doctorū.

Die 28. Maii

S. Philippi Nerii Conf: Dupl.

Notandum, quod Oratio, ~~in Hymno~~ dicatur ut in Veteri Brev: Part: Vern: die 26. Maij.

Lectio V. In II. Noct:

~~Charitate Dei inflammatus~~

Die 29. Maii.

S. Philippi Nerii Conf. Dupl.

Deus, qui beatū Philippū Confessorē tuū Sanctorū tuorū gloria sublimasti: Concede propitius; ut cuius solemnitate lætamur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per Dñm.

Oratio ~~ut~~ in Veteri Brev: Part: Vern: die 26. Maij.

In Hymno Meruit supremos.

In II. Noct: Lect: V.

Philippus Nerius, piis honestisque Parentibus Florentiæ natus, ab ipsa ineunte

ætate non obscura dedit futuræ sanctitatis indicia. Adolescens, amplâ Patrui hæreditate dimissâ, Romam se contulit, ubi Philosophiâ, ac sacris litteris eruditus totum se Christo dicavit. Eâ fuit abstinentiâ, ut sæpe ieiunus triduum permanserit. Vigiliis, et Orationibus intentus, septem Urbis Ecclesias frequenter visitans, apud Cœmeterium Callisti in cœlestium rerum contemplatione pernoctare consuevit. Sacerdos ex obedientia factus in animarum salute procuranda totus fuit, et in Confessionibus audiendis ad extremum usque diem perseverans, innumeros penè filios Christo peperit; quos verbo Dei quotidiano pabulo, Sacramentorū frequentia, orationis assiduitate, aliisque piis exercitationibus enutriri cupiens, Oratorii Congregationem instituit.

℟. Honestum fecit. f. 22.

Charitate Dei vulneratus languebat iugiter: tantoque cor eius æstuabat ardore, ut, cùm intra fines suos contineri non posset, illius sinum, confractis, atque elatis duabus costulis, mirabiliter Dominus ampliaverit. Sacrum verò faciens, aut ferventius orans, in aëra quandoque sublatus, mira undique luce fulgere visus fuit. Egenos et pauperes omni charitatis officio prosequebatur: dignus, qui et Angelo in specie pauperis eleemosinam erogaret, et dum egentibus noctu panem deferret in foveam lapsus, inde pariter ab Angelo incolumis eriperetur. Humilitati addictus, ab honoribus semper abhorruit, atque Ecclesiasticas dignitates etiam primarias non semel ultro delatas constantissimè recusavit.

℟. Amavit eum ℣. f. 24.

Prophetiæ dono fuit illustris, et in animorū sensibus penetrandis mirificè enituit. Virginitatem perpetuò illibatam servavit: idq3 assecutus est, ut eos, qui puritatem colerent, ex odore, qui verò secus, ex fœtore dignosceret. Absentibus interdum apparuit, iisq3 periclitantibus opem tulit. Ægrotos plurimos, et morti proximos sanitati restituit. Mortuum quoque ad vitam revocavit. Cœlestium Spirituum, et ipsius Deiparæ Virginis frequenter fuit apparatione dignatus, ac plurimorum animas splendore circumfusas in cœlum conscendere vidit.

℟. Iste homo perfecit. f. 25.

Lectio VIII.

Denique anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Octavo Kalendas Junias (: in quem diem inciderat festum Corporis Christi:) Sacrô maxima spiritûs exulta-

tione peracto, cæterisque functionibus expletis, post mediam noctem, qua prædixerat horâ, octogenarius obdormivit in Domino. Quem Gregorius Decimus Quintus miraculis clarum in Sanctorum numerum retulit.

℟. Desiderium animæ. f. 27.

In III. Noct: Homil: in Evang: Sint lumbi v.

In II. Vesp. com: sequ: et S. Felicis P.m. Ana: Lux perpetua. ℣. Sancti. Orat: Infirmitatem.

Oratio.
Deus Virginitatis amor, qui beatam Mariam Magdalenā Virginem, tuo amore succensam, cœlestib9 donis decorasti: da, ut quam festiva celebritate veneramur, puritate, et charitate imitemur. Per Dñum.

Die 30. Maii.

S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg: Semidupl.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Vernali. 25. Maii f: 650. præter ea, quæ sequuntur.

Lect. i. Noct. De virginibus, nisi quæ Dñicis de dom.

In II. Noct: Lectio V.

Maria Magdalena illustriori Pazziorum genere Florentiæ nata, ferè ab incunabulis iter perfectionis arripuit. Decennis perpetuam Virginitatem vovit, susceptoque habitu in in Monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum Ordinis Carmelitarum se omnium virtutum

exemplar exhibuit. Adeò casta fuit, ut, quidquid puritatem lædere potest, penitus ignoraverit. Quinquenium Deo iubente, solo pane et aqua transegit, exceptis diebus Dominicis, quibus cibis quadragesimalibus vescebatur. Corpus suum cilicio, flagellis, frigore, inedia, vigiliis, nuditate, atque omni pœnarum genere cruciabat. ℟. Propter veritatem. f. 52.

Lectio VI.

Tanto igne divini amoris æstuabat, ut ei ferendo impar, ingesta aqua pectus refrigerare cogeretur. Extra sensus frequenter rapta, diuturnas, et admirabiles extases passa est, in quibus et arcana cœlestia penetravit, et eximiis à Deo gratiis illustrata fuit. His autem munita longum certamen à principibus tenebrarum sustinuit, arida, desolata, ab omnibus derelicta, variisque tentationibus vexata, Deo sic permittente, ut invictæ patientiæ, ac profundissimæ humilitatis exempla

Lectio VII.

Charitate erga proximum singulariter enituit; nam sæpe noctes ducebat insomnes, vel obeundis Sororum ministeriis, vel inserviendo infirmis occupata; quarum aliquando ulcera lambens sanavit. Infidelium, et peccatorum perditionem amarè deflens, se ad quælibet pro illorum salute tormenta paratam offerebat. Rx. Prudentes Virgines. f. 54.

Lectio VIII.

Multis ante obitum annis universis cæli deliciis, quibus copiosè affluebat, heroica virtute renuntians, illud frequenter in ore habebat: Pati, non mori. Tandem longa, et gravissima infirmitate exhausta transivit ad Sponsum die vigesima quinta Maii, Anno millesimo Sexcentesimo septimo, expleto anno quadragesimo primo ætatis suæ. Eam multis in vita, et post mortem miraculis claram Clemens Nonus sanctarum Virginum numero

adscripsit, cuius corpus in præsentem diem incorruptum conservatur. R. Afferentur Regi. f. 55.

In III. Noct. Homil: in Ev: de 10. Virginibus. Lect: 12. de S. Felice. f. 655.

Die 15. Iunii.

SS. Viti, Modesti, atque Crescentiæ Martyrum. Duplex.

Oratio ut in Veteri Brev: Part: Æstiv: f. 345.
Reliqua ut in Communi plurim: Mart: præter ea, quæ sequuntur.

In II. Noct: Lect: V.

Vitus admodùm puer inscio patre baptizatus est: quod cùm ille resciviſset, nihil prætermisit, quo filium à Christiana Religione removeret. Qua in voluntate permanentem, Valeriano judici verberibus castigandum tradidit. Sed nihilominùs in sententia persistens, patri redditus est. Sed dum eum pater graviùs punire cogitat, Vitus Angeli monitu, comitibûs Modesto et Crescentiâ, eius educatoribûs,

migrat in alienas terras. ℟. Sanctitui Domine. f. 258.

Lectio VI.

Ibi eam sanctitatis laudem adeptus est, ut eius famâ ad Diocletianum perlatâ, ipsum Imperator accerseret, ut filium suum à dæmone vexatum liberaret, quo liberato, cùm ei ampliſsimis præmiis ingratus Imperator, ut Deos coleret, persuadere non potuiſset, unà cum Modesto et Crescentia vinculis constrictum mittit in carcerem.

℟. Verbera carnificum. f. 259.

Lectio VII.

Quos ubi constantiores esse comperit, demitti iubet in ingens vas liquato plumbo, ferventi resinâ, ac pice plenum: in quo cùm triũ Hebræorum puerorum more Divinos hymnos canerent, inde erepti leoni obiciuntur; qui prosternens se eorum pedes lambebat.

℟. Tanquam aurum. f. 260.

Lectio VIII.

Quare inflammatus irâ Imperator, quòd

multitudinem videbat miraculo commoveri, eos in cataſta ſterni iubet, et ita cædi eorū membra, atque oſſa divelli. Quo tempore tonitrua, fulgura, magnique terræ motus fuêre, quibus templa deorum corruerunt, et multi oppreſsi ſunt. Eorum reliquias Florentia nobilis femina unguentis condítas honorificè ſepelivit.

℟. Certamen magnum. ſ. 261.

Lectiones III. Nocturni cum ſuo Evangelio ut ſupra ſ. 212.

Die 30. Auguſti.

S. Rosæ à S. Maria Virginis Limanæ

Duplex.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Æſtiv: ſ. ccxxxv. aut ccxxv. prætet ea, quæ ſequuntur:

In II. Noct: Lect: V.

Primus Americæ meridionalis flos ſanctitatis Virgo Roſa, Chriſtianis parentibꝫ Limæ progenita, mox ab incunabulis claruit futuræ ſanctitatis indiciis; nam vultus in-

fantis mirabiliter in rosæ effigiem transfiguratus huic nomini occasionem dedit: cui postea Virgo Deipara cognomen adiecit, iubens vocari deinceps Rosam à sancta Maria. Quinquennis votum perpetuæ Virginitatis emisit. Adultior, ne à parentibus ad nuptias cogeretur, clam sibimet venustissimam capitis cæsariem præscidit. Ieiuniis supra humanū modū addicta, integras Quadragesimas transegit, pane abstinens, ac dietim solis quinq3 granulis mali cítrini victitans.

℟. Propter veritatem. f. s2.

Lectio VI.

Habitu Tertii Ordinis sancti Dominici assumpto, pristinas vitæ austeritates duplicavit: oblongo asperrimoque cilicio sparsim minusculas acus innexuit: sub velo coronam densis aculeis introrsus obarmatam interdiu, noctúque gestavit. Sanctæ Catharinæ senensis ardua premens vestigia.

catenâ ferreâ, triplici nexu circumducta lumbos cinxit. Lectulum sibi è truncis nodosis composuit, horumque vacuas cōmissuras fragminibus testarum implevit. Cellulam sibi angustissimam struxit in extremo horti angulo, ubi cœlestium contemplationi dedita, crebris disciplinis, inedia, vigiliis corpusculū extenuans, ac spiritu vegetata, larvas dæmonū, frequenti certamine victrix impavidè protrivit, ac superavit.

℟. Dilexisti iustitiam. f. 53.

Lectio VII.

Ægritudinum tormentis, domesticorum insultibus, linguarum morsibus dirè agitata, nondum satis pro merito se affligi querebatur. Per quindecim annos ad plusculas horas desolatione spiritûs, et aridítate miserrimè contabescens, forti animo tulit agones omni morte amariores. Exinde cœpit supernis abundare deliciis, illustrari visionibus, colliquescere seraphicis ardoribus. ℟. Prudentes Virgines. f. 54.

Lectio VIII.

Angelo tutelari, ſanctæ Catharinæ Senensi, Virgini Deiparæ inter aſsiduas apparitiones mirè familiaris, à Chriſto has voces audire meruit: Roſa cordis mei tu mihi ſponſa eſto. Denique Sponsi huius paradiſo feliciter invectam, plurimiſque ante et poſt obitum miraculis coruſcam Clemens Decimus Pontifex Maximus ſanctarum Virginum catalogo ritu ſolemni adſcripsit.

℟. Afferentur Regi. f. 55.

Lectio 12. de Felice et Adaucto ut f: 553. niſi venerit in Dominica.

Die 5. Septemb.

S. Laurentii Iuſtiniani Ep. et Conf:

Semidup. ad libitum.

Si inciderit in Dominicam, vel in diem infra Octavam, omittitur, cùm non ſit transferendum.

Oratio: Da quæſumus, de Cōmuni. In Hymno Meruit ſupremos.

In II. Noct: Lectio V.

Laurentius ex illuſtri Iuſtinianorū familia

Venetiis natus eximiam vel puer morum gravitatem præsetulit. Exactâ inter pietatis officia adolescentiâ ad castum Verbi Dei et animæ connubium à Divina Sapientia invitatus de Religiosæ vitæ instituto capessendo deliberare cœpit. Novæ itaque militiæ clam proludens, præter alias corporis afflictationes super nudos cubabat aseres, sedénsque velut arbiter hinc inter seculi blandimenta, paratásque à matre nuptias, illinc claustrales inter austeritates oculis in Christi patientis Crucem conversis: Tu, inquit, es Domine spes mea, ibi posuisti certissimum refugium tuum; ad Canonicorum sancti Gregorii in Alga Congregationem convolavit, ubi novis excogitatis cruciatibus acriùs in seipsum, veluti in hostem infensissimum, instaurans bellum, nullam adeò sibi oblectationem indulgebat, ut ne in domesticum umquam hortum, nec in paternam quidem domum, nisi cum morienti matri extrema pietatis officia

ſiccis oculis perſolvit, exinde intraverit. Par erat obedientiæ, manſuetudinis, ac præcipuè humilitatis ſtudium cum abiectiſsima quæque Cœnobii munia ſibi ultro deſumeret, celeberrima per urbis loca, non tam victum, quàm ludibria emendicaret, illatáſque contumelias, ac calumnias immotus, ac ſilens perferret; aſsiduæ præſertim orationis ſubſidio, qua ſæpe per mentis exceſsum rapiebatur in Deũ, tantóque cor eius æſtuabat ardore, ut nutantes etiam ſodales ad perſeverantiam, ac IESU Chriſti amorem inflammaret.

℟. Inveni David. f. 31.

Lectio VI.

Ab Eugenio Quarto patriæ Epiſcopus deſignatus, quem magna contentione honorem detrectaverat, maiori geſsit cum laude; nam conſueta vivendi ratione nihil admodùm immutata, paupertatem, quam ſemper coluerat, in mensa, ſuppellectili, ac lecto perpetuò retinuit; modicam domi alebat familiam, quòd grandem alteram ſibi eſse diceret, pauperes

Christi significans. Quacunque adiretur horâ, præstò omnibus erat, paterna omnes charitate allevabat, non renuens, vel ære se alieno gravare, dum illorum ne inopiæ deesset; rogatus, qua spe id faceret? Domini mei, qui pro me dissolvere facilè poterit, respondebat. Spem autem non confundere Divina Providentia submissis inopinato subsidiis, iugiter declarabat. Plura Virginum Monasteria construxit, quas etiam ad perfectioris vitæ rationem suâ vigilantiâ composuit. Matronis à seculi pompis, et ornatûs vanitate revocandis, Ecclesiasticæ disciplinæ, ac moribus reformandis maximoperè studuit; dignus sanè, qui ab eodem Eugenio gloria et decus Præsulum coram Cardinalibus vocaretur, et qui à Nicolao quinto eius Successore, translato è Gratensi civitate titulo, primus Venetiarum Patriarcha renuntiaretur.

℟. Posui adiutorium. ſ: 32.

Lectio VII.

Lacrymarum dono insignitus omnipotenti Deo

placationis hostiam quotidie offerebat, quod cùm aliquando nocte Dominicæ Nativitatis perageret, Christum IESUM sub pulcherrimi infantis specie videre promeruit: tantúmque in eo erat commissi gregis præsidium, ut cœlitùs aliquando acceptum fuerit, Pontificis sui intercessione, ac meritis stetisse Rempublicā. Prophetiæ spiritu afflatus, plura humanæ cognitioni prorsus impervia prædixit: morbos, ac dæmones suis precibus sæpe fugavit: libros etiam cœlestem doctrinam ac pietatem spirantes, Grammaticæ penè rudis, conscripsit. Denique cum lethalem incidisset in morbum, et commodiorem domestici lectum seni, atque ægro pararent, aversatus eiusmodi delicias, tanquam à durissima morientis Domini sui Cruce plus nimio abhorrentes, consueto in stramine se iussit deponi, et finem vitæ suæ adventare prænoscens, sublatis in cœlum oculis: Venio, inquit, ad te, ò bone IESU; ac die octava Ianuarii obdormivit in Domino. ℟. Iste est, qui ante. f. 33.

Lectio VIII.

Pretiosam eius mortem testati sunt Angelici

concentus à Carthusianis quibusdam Monachis auditi, et Sacrum cadaver per duos ultra menses inhumatum suavi fragrans odore, et rubescente facie integrum, atque incorruptum, ac nova post mortem patrata miracula, quibꝰ permotus Alexander Octavus Pontifex Maximus eum in Sanctorum numero adscripsit: Innocentius verò duodecimus quintam Septembris diē, qua Vir Sanctus ad Pontificiam primò Cathedram fuerat evectus, celebrando illius festo assignavit. ℟. Iustum deduxit. f. 35.

In III. Noct: Homilia: Homo peregrè proficiscens.

Die 2. Decemb.

S. Bibianæ Virg. et Mart: Semid.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Autumn: f: 510. Parte verò Hyemali f. 459. præter Lectiones sequ.

In II. Noct. Lect: V.

Bibiana Virgo Romana nobili genere nata Christiana fide nobilior fuit; eiꝰ enim Pater Flavianus sub Iuliano Apostata impiissimo ty-

Lect v finis a verbis altera urbe capite plena est adeligit speciosam Lect vi

ranno Expræfectus, servilibúsque notis compunctus ad aquas Taurinas deportatq; Martyr occubuit. Mater Dafrosa et filiæ primùm concluſæ domi, ut inediâ conficerentur, mox relegata mater extra urbem capite plexa est.

℟. Propter veritatem. ſ. 52.

Lectio VI.

Mortuis autem piis parentibus Bibiana cum ſorore ſua Demetria bonis omnibus expoliatur. Apronianus Urbis prætor, pecuniis inhians, ſorores persequitur, quas humana prorsus ope deſtitutas, Deo mirabiliter, qui dat eſcam eſurientibus, enutriente, cùm vivaciores, vegetioréſque conſpexiſset, vehementer eſt admiratus. Suadet nihilominus, ut venerentur Deos gentium, amiſsas ideò opes, Imperatoris gratiam, præclariſsimas nuptias conſecuturæ. Si secus fecerint, minatur carceres, Virgas, ſecures. ℟. Dilexiſti iuſtitiam. ſ. 53.

Lectio VII.

At illæ neque blanditiis, neque minis à recta fide declinantes paratæ potiùs mori, quàm fœdari moribus Ethnicorum, Prætoris impietatem constantissimè detestantur. Quare Demetria ob oculos Bibianæ repentè corruens obiit in Domino. Bibiana Rufinæ mulieri vaferrimæ seducenda traditur; quæ ab incunabulis edocta Christianas leges, et illibatum servare Virginitatis florem, seipsa fortior, fœminæ superavit insidias, et prætoris æstus delusit.

℟. Prudentes Virgines. f. 54.

Lectio VIII.

Nihil autem proficiente Rufina, quæ præter dolosa verba, illam quotidie verberibus affligebat, ut de sancto proposito dimoveret: spe sua frustratus Prætor, accensus irâ, quod in Bibiana perdidisset operam, à lictoribus eam denudari, vinctisque manibus columnæ alligari, eámque plumbatis cædi iubet, donec efflaret animam.

Cuius Sacrum Corpus obiectum canibus, biduo iacuit in foro tauri, illæsum tamen, et divinitùs servatum: quod deinde Ioannes Presbyter sepelivit noctu iuxta sepulchrum sororis et matris ad palatium Licinianum, ubi usque in præsens extat Ecclesia Deo sanctæ Bibianæ nomine dicata: quam Urbanus Octavus instauravit, sanctarum Bibianæ, Demetriæ, et Dafrosæ Corporibus in ea repertis, et sub Ara maxima collocatis. R. Afferentur Regi. f. 55.

Die 3. Decemb.

S. Francisci Xaverii Conf. Dupl.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Hyemali f. 460. præter ea, quæ sequuntur. In I. Nocl: Lect: de Scriptura. In Hymno dicitur: Meruit secreta scandere cœli. si 3tio Decembris celebretur, non verò si transferatur.

In II. Nocl: Lectio V.

Franciscus in Xaverio Diœcesis Pampelonensis nobilibus parentibus natus, Parisiis sancto Ignatio sese comitem, et discipulum iunxit. Ipso Magistro eò brevi devenit, ut in rerum Divi-

narum contemplatione defixus, à terra aliquando sublimis elevaretur: quod illi sacrificanti coram populi multitudine aliquoties evénit. Has animi delicias magnis sui corporis cruciatibus merebatur; nam interdicto sibi non carnis solùm et vini, sed panis quoque triticei usu, vilibus cibis vesci solitus, per biduum subinde, triduúmque omni prorsus alimento abstinuit. ferreis in se flagellis ita sæviit, ut sæpè copioso cruore difflueret; somnum brevissimum humi iacens carpebat.

℟. Honestum fecit. f. 22.

Lectio VI.

Vitæ austeritate, ac sanctitate Apostolico muneri iam maturus, cùm Ioannes Tertius Lusitaniæ Rex aliquot nascentis Societatis viros à Paulo Tertio pro Indiis postulasset, sancti Ignatii hortatu ab eodem Pontifice ad tantum opus cum Apostolici Nuntii potestate deligitur. Eò appulsus, illico variarum Gentium

difficillimis, et variis linguis divinitùs instructus apparuit. Quin eum quandoque unico idiomate ad diversas Gentes concionantem, unaquæque suâ linguâ loquentem audivit. Provincias innumeras pedibus semper, et sæpe nudis, peragravit. Fidem Iaponiæ, et sex aliis Regionibus invexit. Multa centena hominum millia ad Christum in Indiis convertit, magnósque Principes, Regésque complures sacro Fonte expiavit. Et, cùm tam magna pro Deo ageret, ea erat humilitate, ut Sancto Ignatio, tunc Præposito suo, flexis genibus scriberet. ℟. Amavit eum. f. 24.

Lectio VII.

Hunc dilatandi Evangelii ardorem multitudine, et excellentiâ miraculorum Dominus roboravit. Cæco visum reddidit. Tantum marinæ aquæ signo Crucis convertit in dulcem, quantum quingentis vectoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu suffecit; qua in varias

quoque Regiones asportatâ, ægri plurimi subitò curati sunt. Plures mortuos revocavit ad vitam, inter quos pridie sepultum, erui iussū è tumulo, suscitavit; duósque alios dum efferrentur, apprehensa eorum manu, parentibus è feretro vivos restituit. Prophetiæ spiritu passim afflatus, plurima et loco, et tempore remotissima enuntiavit.

℟. Iste homo perfecit omnia. ſ. 25.

Lectio VIII.

Demum in Sanciáno Sinarum insula die secunda Decembris obiit plenus meritis, laboribúsq; confectus. Demortui cadaver viva calce per multos menses bis obrutum, sed penitùs incorruptum, odore, et sanguine manavit; et ubi Malacam delatum est, pestem sævissimam confestim extinxit. Denique ubique terrarum novis, maximisque fulgentem miraculis, Gregorius Decimus quintus Sanctis adscripsit. ℟. Desiderium animæ ℣. ſ. 27. Reliqua ut in Veteri Breviario.

Die 10. Iunii

S. Margaritæ scot: Reg: Vid: sem.

Omnia ut in Vet: Brev: † sed in Octava Lectione hæc verba (: „Cuius festum ab eodem Pontifice concessum Innocentius Undecimus ad Octavo Idus Iulii transferri iussit:) omittantur.

† Sed Octava lectio finiatur his verbis: Ubique terrarum religiosissimè colitur. Subsequentia omittantur.

In Festo Angelorum Custodū.

Immediatè Ante diem Octavam huius festi habetur hæc Rubrica: „ Si dies Octava SS. Angelorum Custo-
„ dum inciderit in festum Nativitatis B.V. Mariæ,
„ fit de Nativitate cum cōmemoratione Octavæ:
„ Si verò occurrat in festo Nominis Mariæ,
„ officium fit de Octava SS. Angelorum, et
„ festum SS. Nominis transfertur ad primā diem
„ non impeditam.

Index Alphabeticus 421.

Omnium Festorum Novi Breviarii Einsidlensis.

A.

Abachum p Mm. Simpl. 19. Ianuarii.
Abdon et Sennen Mm. simp. 30. Iulii.
Achillei p Mm. Semid. 12. Maii.
Acutii, Ianuarii et Soc: Mm. dup. 19. Sept.
Adaucti et Felicis Mm. simp. 30. August.
Adelelmi Abbat: dup. 30. Ianu.
Adriani m. simp. 8. Sept.
Ægidii Abbat. dup. 1. Sept.
Æmiliani Abbat. dup. 12. Nov.
Agapíti, Eustachii, et Soc. Mm. dup. 20. Sept.
Agápiti p Mm. simp. 6. Aug.
Agápiti m. simp. 18. Aug.
Agathæ Virg. et m. dup. 5. Febru.
Agathonis P. et C. dup. 19. Ianu.
Agnetis Secundò Simp. 28. Ianu.
Agnetis Virg. et m. dup. 12. Febru.
Agricolæ et Vitalis Mm. simp. 4. Nov.
Alexandri p Mm. simp. 3. Maii.
Alexii Conf. Semid. 19. Iulii.
Ambrosii Ep. C. et Eccl. Doct. dup. 7. Dec.
Anacleti P. et m. Semid. 13. julii.

Anastasii et Vincentii Mm. semid. 22. Ianu.
Andreæ Apost. dup. 2. class. 30. Nov: C. R.
Andreæ Avellini Conf. sem: 14. Nov:
Andreæ Corsini Ep. et C. dup. 4. Febru.
Angelorum Custodum dup. 2. class. cum Octava, Dominicâ 1. Sept. C. A.
Aniceti P. et m. Simp. 17. April.
Annæ Matris B. M. V. dup. 26. Iulii.
Annuntiatio B. M. V. dup. 2. class. 25. Mart.
Anselmi Abbat. dup. 5. Mart.
Anselmi Ep. et C. dup. 21. April.
Antonii Abbat. dup. 17. Ianu.
Antonii de Padua Conf. dup. 13. Iunii.
Antonini Archiep: et C. semid. 10. Maii.
Apollinaris Ep. et m. dup. 23. Iulii.
Apolloniæ Virg. et m. dup. 9. Febru.
Apparitio Michaëlis Archang. dup. maig. 8. Maii. C. A.
Apulei & Mm. simp. 7. Octob.
Assumptio B. M. V. dup. 1. class. cum Oct. 15. Aug.
Athanasii Ep. et C. dup. 2. maii.
Attilani Ep. et C. simp. 5. Octob.
Audifacis & Mm. simp. 19. Ianu.
Augustini Ep. et C. dup. 26. maii.
Augustini Ep. et C. et Eccl. Doct. dup. 28. Aug.

B.

Bachi & Mm. simp. 7. Octob.
Barbaræ Virg. et m. dup. 4. Dec.

Barnabæ Apost. dup. mai. ii. Iunii. C.R.
Bartholomæi Apost. dup. 2. class. 24. Aug. C.R.
Basilidis, Cyrini & Mm. Simp. 12. Iunii.
Basilii Magni Ep. et C. dup. 17. Iunii.
Beatricis, Simplicii & Mm. Simp. 29. Iulii.
Bedæ Presbyt. et Conf. dup. 27. Maii.
Benedicti Abbat. Anglici Simp. 12. Ianu.
Benedicti Abbat. dup. 1. class. cum Oct. 21. Mart.
Bernardi Abbat. dup. 20. Aug.
Bernardini Senens. Conf. Sem. 20. Maii.
Bernardi Ptolomæi Abbat. dup. 21. Aug.
Bibianæ Virg. et m. sem. 2. Dec.
Birgittæ Vid. dup. 8. Octob.
Blasii Ep. et m. dup. 3. Febru.
Bonaventuræ Ep. et C. et Eccl. Doct. dup. 14. Iulii.
Bonifacii Ep. et m. dup. 5. Iunii.
Bonifacii IV. P. et Conf. dup. 28. Maii.
Bonifacii m. Simp. 14. Maii.
Brigittæ Vid. dup. 8. Octob.
Brunonis Conf. dup. 6. Octob.
Brunonis Ep. et m. sim. 15. Octob.

C.

Cæciliæ Virg. et m. dup. 22. Nov.
Caietani Conf. dup. 7. Aug.
Callisti P. et m. Sem. 14. Octob.
Canuti Danorum Regis m. Sem. ad libitum 20. Febru.
Caroli Ep. et Conf. dup. 4. Nov.
Casimiri Conf. Sem. 4. Mart.
Cassiani et Hipolyti Mm. simp. 13. Aug.

Catharinæ Senens. Virg. dup. 30. April.
Catharinæ Virg. et m. dup. 25. Nov.
Cathedra S. Petri Antiochiæ dup. mai. 22. Febru.
Cathedra S. Petri Romæ dup. mai. 18. Ianu. C.A.
Celsi, Victoris p. Mm. Semid: 28. Iulii.
Chiliani Ep. et m. Sem. 8. Iulii.
3 Chrysanthi et Dariæ Mm. Simp. 25. Octob.
4 Chrysogoni m. simp. 24. Nov.
5 Chrysologi Ep. et C. dup. 5. Dec.
6 Chrysostomi Ep. et C. dup. 27. Ianu.
i Christinæ Virg. et m. simp. 24. Iulii.
2 Christophori m. Simp. 25. Iulii.
Chunegundis Virg. dup. 3. Mart.
Circumcisio Dni dup. 2. Class. I. Ianu. C.A.
Claræ Virg. dup. 12. Aug.
Claudii Ep. et C. dup. 6. Iunii.
Clavorum et Lanceæ Dni dup. 2. Class. feria 6. post Dominicam in Albis. C.R.
Clementis I. P. et m. Sem. 23. Nov.
Cleti et Marcellini PP. Mm: Sem. 26. April.
Columbani Abbat. dup. 24. Nov.
Columbæ Virg. et m. dup. 17. Sept.
Comemoratio omnium Defunctorum Monachorū 14. Nov.
Comemoratio omnium fidelium Defunctorum 2. Nov.
Comemoratio S. Benedicti Abbat. dup. 2. Class. cum Oct. ii. Iulii.
Comemoratio SS. Martyrum, et aliorum Sanctorū, quorum Reliquiæ in Ecclesiis Ordinis nostri aservantur. dupl. maius. 30. Octob. C.R.
Comemoratio S. Pauli Apost. dup. 30. Iunii.
Conceptio B. M. V. dup. 2. Class. cum Octava. 8. Dec.

Conradi Ep. et C. sem. i. Dec.
Conversio S. Pauli apost. dup. mai. 25. Ianu. C.A.
Cornelii P. et Cypriani Ep. et m. sem. 16. Sept.
Coronatorum 4. Martyrum. simp. 8. Nov.
Cosmæ et Damiani Mm. sem. 27. Sept.
Crescentiæ, Viti p. Mm. dup. 15. Iunii.
Crucis exaltatio dup. mai. 14. Sept. C.R.
Crucis inventio dup. 2. class. 3. Maii. C.R.
Cypriani et Cornelii Ep. m. sem. 16. Sept.
Cypriani et Iustinæ Mm. simp. 26. Sept.
Cyriaci, Largi p. Mm. sem. 8. Aug.
Cyrini, Naboris p. Mm. simp. 12. Iunii.

D.

Damasi I. P. et C. sem. 11. Dec.
Damiani et Cosmæ Mm. sem. 27. Sept.
Dariæ et Chrysanthi Mm. simp. 25. Octob.
Decollatio S. Ioannis Bapt: dup. 29. Aug. C.R.
Dedicatio Basilicæ Salvat. dup. 9. Nov.
Basilic: SS. Petri et Pauli dup. 18. Nov.
S. Mariæ ad Nives dup. mai. 5. Aug.
S. Michaëlis Archang. dup. 2. class. 29. Sept. C.A.
Defunctorum omnium fidelium Comemoratio. 2. Nov.
Defunctorum omnium Monachorū Comemorat: 14. Nov.
De Mercede B. M. V. dup. mai. 24. Sept.
Desiderii, Ianuarii, et Soc: Mm. dup. 19. Sept.
Desponsatio B. M. V. cum Ioseph. dup. mai. 23. Ianu.
Didaci Conf. Sem. 29. Nov.
Dionysii, Rustici p. Mm. Sem. 9. Octob.
Dominici Conf. dup. 4. Aug.
Dominici Silensis Abbat. dup. 14. Dec.

Domitillæ, Nerei ℘ Mm. Sem. 12. Maii.
Donati Ep. et m. simp. 7. Aug.
Donati, Placidi, et Soc. Mm. dup. 2. class. 5. Octob.
Dorotheæ Virg. et m. simp. 6. febru.
Duodecim fratrum mm. Simp. 1. Sept.

E.

Ediltrudis Reginæ Virg. Simp. 23. Iunii.
Edithæ Virg. simp. 16. Sept.
Eduardi Conf. Sem. 13. Octob.
Eleutherii et Soc: Mm. Sem. 9. Octob.
Eleutherii P. et m. simp. 26. Maii.
Elisabetli Reg. Portug: Vid. Sem. 9. Iulii.
Elisabeth Reg. Ungar. Vid. dup. 19. Nov.
Emerentianæ Virg. et m. simp. 23. Ianu.
Enneconis Abbat. dup. 1. Iunii.
Epimachi et Gordiani mm. simp. 10. Maii.
Epiphaniæ Dni. dup. 1. class. cum Octava. 6. Ianu. C.A.
Erasmi, Marcellini ℘ Mm. Simp. 2. Iunii.
Evaristi P. et m. Simp. 26. Octob.
Eventii, Theoduli ℘ mm. Simp. 3. Maii.
Eulogii m. Simp. 11. Martii.
Euphemiæ ℘ mm. simp. 16. Sept.
Eusebii Conf. simp. 14. Aug.
Eusebii Ep. et m. Sem. 16. Dec.
Eustachii et Soc: Mm. dup. 20. Sept.
Eutichii, Placidi, et Soc. Mm. dup. 2. Class. 5. Oct.
Eutychetis, Ianuarii, et Soc. Mm. dup. 19. Sept.
Exaltatio S. Crucis. dup. mai. 14. Sept. C.R.

Expectatio B. M. V. dup. maius. 18. Dec.

F.

Fabiani, et Sebastiani Mm. dup. 20. Ianu.
Fausti, Placidi, et soc. Mm. dup. 2. class. 5. Octob.
Faustini et Iovitæ Mm. simp. 15. Febru.
Faustini p. Mm. simp. 29. Iulii.
Feliciani, et Primi Mm. simp. 9. Iunii.
Felicis de Valois Conf. dup. 20. Nov.
Felicis et Adaucti Mm. simp. 30. Aug.
Felicis et Naboris Mm. simp. 12. Iulii.
Felicis et Soc. Mm. simp. 29. Iulii.
Felicis Mart. et Monachi dup. 14. Iunii.
Felicis Papæ et m. simp. 30. Maii.
Felicis Presbyt. et m. simp. 14. Ianu.
Felicissimi p. Mm. simp. 6. Aug.
Felicitatis et Perpetuæ Mm. simp. 7. Mart.
Felicitatis m. simp. 23. Nov.
Felti Ianuarii, et Soc: Mm. dup. 19. Sept.
Fidelium omnium Defunctorum dup. 2. Nov.
Firmati, Placidi, et Soc: Mm. dup. 2. class. 5. Octob.
Flaviæ, Placidi, et Soc: Mm. dup. 2. class. 5. Octob.
Florentiæ Virg. simp. 20. Iunii.
Franciscæ Romanæ Vid. dup. 9. Mart.
Francisci Borgiæ Conf. sem. 11. Octob.
Francisci de Paula Conf. dup. 2. April.
Francisci Salesii Ep. et C. dup. 29. Ianu.
Francisci Conf. 4. Octob.
Francisci Xaverii Conf. dup. 3. Dec.

G.

Galli abbat. dup. 16. Octob.
Gabrielis Archang. dup. mai. 18. Mart.
Geminiani m. simp. 16. Sept.
Gennadii Ep. et C. dup. 25. Maii.
Georgii m. dup. 23. April.
Gerardi Sagredo Ep. et m. dup. 25. Sept.
Gertrudis Magnæ Virg. dup. 2. class. 17. Nov.
Gertrudis Virg. Nivig. Sem. 17. Mart.
Gervasii et Protasii Mm. Sem. 19. Iunii.
Gordiani et Epimachi Mm. simp. 10. Maii.
Gorgonii m. simp. 9. Sept.
Gregorii II. P. et C. dup. 13. Febru.
Gregorii Magni P. et C. dup. mai. 12. Mart.
Gregorii Nazianzeni Ep. et C. dup. 9. Maii.
Gregorii VII. P. et C. 25. Maii infra f. 440.
Gregorii Thavmaturgi Ep. et C. dup. 9. Dec.
Guilielmi Abbat. dup. 25. Iunii.

H.

Hedwigis Reginæ Poloniæ Vid. Sem. 17. Octob.
Helladii Ep. et C. dup. 18. Febru.
Henrici I. Imperat: Conf. dup. 15. Iulii.
Hermenegildi m. Sem. 15. April.
Hermetis m. Simp. 28. Aug.
Hieronymi Presbyt. Conf. et Eccl. Doct. dup. 30. Sept.
Hilarii Ep. et C. Sem. 19. Febru.
Hilarionis Abbat. simp. 21. Octob.
Hippolyti et Cassiani Mm. Simp. 13. Aug.
Hippolyti & Mm. Simp. 22. Aug.
Hyacinthi Conf. dup. 16. Aug.
Hyacinthi et Proti Mm. Simp. 11. Sept.
Hygini P. et m. Simp. 11. Ianu.

Iacobi Apolt. dup. 2. class. 25. Iulii. C.R.
Iacobi et Philippi Apost. dup. 2. class. 1. Maii. C.R.
Ianuarii Ep. et Soc: Mm. dup. 19. Sept.
Idæ Virg. dup. 13. April.
Ignatii Ep. et m. Sem. 1. Febru.
Ignatii Loiolæ Conf. dup. 31. Iulii.
Ildephonsi Ep. et C. dup. 14. Febru.
Impressio Stigmatum S. Francisci Sem. 26. Sept. C.A.
Innocentii I. P. et C. ȳ sem. 28. Iulii.
Innocentium Mm. dup. 2. class. cum Oct. 28. Dec. Color Violaceus quando non venerit in Dominica; Si autem venerit in Dominica, similiter in die Octava, quocunque die occurrat, erit C.R.
Inventio S. Crucis dup. 2. class. 3. Maii. C.R.
Inventio Stephani Protom: sem. 3. Aug. C.R.
Ioachim Conf. dup. 20. Mart.
Ioannis ante portam latin. dup. mai. 6. Maii. C.R.
Ioannis Apost. et Evang. dup. 2. class. cum Oct: 27. Dec. C.A.
Ioannis à S. Facundo Conf. dup. 16. Iunii.
Ioannis Bapt: Nativitas dup. 1. class. cum Oct: 24. Iunii. C.A.
Ioannis Chrysostomi Ep. et C. dup. 27. Ianu.
Ioannis de Deo Conf. dup. 14. Mart.
Ioannis de Matha Conf. dup. 8. Febru.
Ioannis et Pauli Mm. dup. 26. Junii.
Ioannis Gualberti Abbat. dup. 12. Iulii.
Ioannis Nepomuceni m. sem. 16. Maii.
Ioannis P. et m. Simp. 27. Maii.
Ioseph Conf. Sponsi B.M.V. dup. 2. class. 19. Mart.
Isidori Ep. et C. dup. 4. April.
Iudæ et Simonis Apost. dup. 2. class. 28. Octob: C.R.
Iusti Ep. et C. sem. 10. Nov.
Iustinæ et Cypriani Mm. Simp. 26. Sept.
Iustinæ Virg. et m. dup. 7. Octob.
Iuvenalis Ep. et C. ȳ simp. 3. maii.

Juliana de falconeriis Virg. sem. 20. junii.

L.

Lanceæ et Clavorum Domini. dup. 2. Class. feriâ 6. post Dominicam in Albis; impeditâ autem feriâ 6. Officio 12. lectionū, transfertur ad aliam feriam 6. intra tempus Paschale tantùm. Color Rubeus.

Largi, et Smaragdi ℣ Mm. Sem. 8. Aug.

Laurentii Ep. et C. dup. 15. febru:

Laurentii Iustiniani Ep. et C. Sem. ad libitum. 5. Sept.

Laurentii m. dup. 2. Class. cum Oct: 10. Aug.

Leandri Ep. et C. dup. 27. Febru.

Leodegarii Ep. et m. dup. 2. Octob.

Leonardi Conf. dup. 6. Nov.

Leonis P. et C. dup. 11. April.

Leonis II. P. et C. sem. 28. Iunii.

Leonis III. P. et C. dup. 12. Iunii.

Leonis IV. P. et C. dup. 17. Iulii.

Leopoldi Archiducis Austriæ Conf. Sem. 15. Nov.

Liborii Ep. et C. simp. 23. Iulii:

Lini P. et m. sem. 23. Sept.

Lucæ Evangelistæ dup. 2. Class. 18. Octob. C.R.

Luciæ Vid: et m. simp. 16. Sept.

Luciæ Virg. et m. dup. 13. Dec.

Lucii P. et m. Simp. 4. Mart:

Ludovici Regis Galliæ Confess: semid. 25. Augusti.

M.

Machabæorum Mm. simp. 1. Aug.

Magni Abbat. dup. 6. Sept.

Maioli Abbat. dup. 11. Maii.

Marcelli ℣ Mm. simp. 7. Octob.

Marcelli P. et m. Sem. 16. Ianu.

Marcellini et Cleti PP. Mm. sem. 26. April.

Marcellini ℣ Mm. simp. 2. Iunii.

Marci Evangelistæ dup. 2. Class. 25. April. C.R.

Marci et Marcelliani Mm. simp. 18. Iunii.
Marci P. et C. simp. 7. Octob.
Margaritæ Scotorum Reg. Vid. Sem. 10. Iunii.
Margaritæ Virg. et m. dup. 20. Iulii.
Mariæ Magdalenæ de Pazis Virg. Sem. 30. Maii.
Mariæ Magdalenæ dup. 22. Iulii.
Mariæ Virginis Annuntiatio dup. 2. class. 25. Martii.
Assumptio dup. 1. class. cum Oct: 15. Aug.
Conceptio dup. 2. class. cum Oct: 8. Dec.
Dedicatio ad Nives dup. mai. 5. Aug.
De Mercede. dup maj. 24. Sept.
Desponsatio. cum Ioseph. dup. mai. 23. Ianu.
Expectatio. dup. mai. 18. Dec.
Nativitas. dup. 2. class. cum Oct. 8. Sept.
Nomen. dup. mai. Dominicâ infra Oct: Nativitatis Eiusdem.
Patrocinium. dup. mai. Dominicâ II. Nov:
Præsentatio. dup. mai. 21. Nov:
Purificatio. dup. 2. class. 2. Febru.
Rosarium. dup. mai. Dominicâ I. Octob.
Scapulare. dup. mai. 16. Iulii.
Septem dolorum. dup. mai. Feriâ 6. post Dom: Passionis.
Visitatio. dup. mai. 2. Iulii.
Marii et Soc: Mm. simp. 19. Ianu.
Marthæ ℘ Mm. simp. 19. Ianu.
Marthæ Virg. Sem. 29. Iulii.
Martinæ Virg. et m. Sem. 23. Febru.
Martiniani et Processi Mm. Simp. 2. Iulii.
Martini Ep. et C. dup. mai. 11. Nov.
Martini P. et m. Sem. 28. Nov.
Mathæi Apost. dup. 2. class. 21. Sept. C. R.
Mathiæ Apost. dup. 2. class. 24. Febru. C. R.
Mauri Abbatis dup. 2. classis. 15. Ianuarii.

Mauritii et Soc: Mm. Sem. 22. Sept.
Maximi, Tiburtii ℣ Mm. Simp. 14. April.
Meinradi m. dup. 21. Ianu.
Melchiadis P. et m. simp. 10. Dec.
Melliti Ep. et C. dup. 24. April.
Mennæ m. simp. 11. Nov.
Michaëlis Archang. Apparitio dup. mai. 8. Maii. C. A.
Eius Dedicatio dup. 2. class. 29. Sept. C. A.
Misenæ, Ianuarii ℣ Mm. dup. 19. Sept.
Modesti, Viti, ℣ Mm. dup. 15. Iunii.
Monicæ Vid: dup. 4. Maii.
Monachorum omnium O.S.B. dup. 2. class. 13. Nov. C. A.

N.

Naboris, et Felicis Mm. simp. 12. Iulii.
Naboris, et Nazarii ℣ Mm. simp. 12. Iunii.
Nativitas B. M. V. dup. 2. class. cum Octava. 8. Sept.
Nativitas D. N. I. C. dup. 1. class. cum Oct. 25. Dec. C. A.
Nativitas S. Ioannis Bapt: dup. 1. class. cum Oct. 24. Iunii. C. A.
Nazarii, Celsi ℣ Mm. sem. 28. Iulii.
Nazarii, et Naboris ℣ Mm. simp. 12. Iunii.
Nerei, Achillei ℣ mm. Sem. 12. Maii.
Nicolai de Flue Eremitæ Conf. dup. 23. Mart.
Nicolai de Tolentino Conf. dup. 10. Sept.
Nicolai Ep. et C. dup. 6. Dec.
Nicomedis m. simp. 15. Sept.
Nominis B. M. V. dup. mai. Dominicâ infra Oct. Nativ. Eiusdē.
Nominis IESU dup. 2. class. Dominicâ II. post Epiphan. C. A.
Nonnosi Abbat. dupl: 2. Sept.

Norberti Ep. et C. dup. 7. Iunii.
Nymphæ ℣ Mm. simp. 10. Nov.

O.

Odilonis Abbat: dup. 6. Febru.
Odonis Abbat. dup. 27. Nov.
Omnium Fidelium defunctorum dup. 2. Nov.
Omnium Sanctorum. dup. 1. Class. cum Oct. 1. Nov. C.A.
Omnium Sanctorum Monachorum O.S.B. dup. 2. cl. 13. Nov. C.A.
Othmari Abbat. dup. 16. Nov.

P.

Pancratii, Nerei ℣ Mm. Sem. 12. Maii.
Pantaleonis m. Simp. 27. Iulii.
Patritii Ep. C. Sem. 22. Mart.
Patrocinii B.M.V. dup. mai. Dom. II. Nov. C.A.
Pauli Apost. Comemoratio. dup. 30. Iunii. C.R.
Eiusdem Conversio. dup. mai. 25. Ianu. C.A.
Pauli, et Ioannis Mm. dup. 26. Iunii.
Pauli, et Petri Apost: dup. 1. class. cum Oct. 29. Iunii. C.R.
Paulini Ep. et C. Sem. 10. Octob.
Paulini Ep. et C. Simp. 22. Iunii.
Pauli primi Eremitæ Conf. dup. 11. Febru.
Perpetuæ, et Felicitatis, Mm. Simp. 7. Mart.
Petri ad vincula dup. mai. 1. Aug. O.A.
Petri Alexandrini Ep. et m. simp. 26. Nov.
Petri de Alcantara Conf. dup. 19. Octob.
Petri Chrysologi Ep. et C. dup. 5. Dec.
Petri Cœlestini V. P. et C. dup. 19. Maii.
Petri et Pauli Apost. dup. 1. cl. cum Oct. 29. Iunii. C.R.
Petri m. dup. 13. Maii.
Petri ℣ Mm. simp. 2. Iunii.

Petri Nolasco Conf. dup. 31. Ianu.
Petri Urséoli Conf. dup. 14. Ianu.
Petronillæ Virg. simp. 31. Maii.
Philippi Benitii Conf. dup. 23. Aug.
Philippi et Iacobi Apost. dup. 2. Class. 1. Maii C. R.
Philippi Nerii Conf. dup. 29. Maii
Pii Papæ et m. simp. 11. Iulii.
Pii V. P. et C. Sem. 5. Maii
Placidi et Soc: Mm. dup. 2. class. 5. Octob.
Policarpi Ep. et m. Sem. 26. Ianu.
Pontiani I. P. et m. Simp. 19. Nov.
Præsentatio B.M.V. dup. mai. 21. Nov.
Praxedis Virg. simp. 21. Iulii.
Primi et Feliciani Mm. Simp. 9. Iunii.
Priscæ Virg. et m. simp. 18. Ianu.
Processi & Mm. simp. 2. Iulii.
Proculi, Ianuarii, et soc: Mm. dup. 19. Sept.
Protasii, et Gervasii Mm. Sem. 19. Iunii.
Proti & Mm. simp. 11. Sept.
Pudentianæ Virg. simp. 19. Maii.
Purificatio B.M.V. dup. 2. class. 2. Febru.

Q

Quadraginta martyrum Sem. 10. Mart.
Quatuor Coronatorum Mm. Sim. 8. Nov.

R.

Ramiri et Soc. Mm. dup. 13. Mart.
Raphaëlis Archang: dup. mai. 24. Octob. C. A.
Raymundi de Pennafort Conf. Sem. 21. febru.
Raymundi Nonnati Conf: dup. 31. Aug.
Reliquiarum & dup. mai. 30. Octob. C. R.
Remigii Ep. et C. sem. ad libit. vel simp. de præcepto. 1. Octob.

Respicii ℘ Mm. Simp. 10. Nov.
Roberti Abbat. dup. 29. April.
Romani Abbat. dup. 22. Maii.
Romani m. simp. 9. Aug.
Romualdi Abbat. dup. 7. Febru.
Rosaliæ Virg. Panormitanæ dup. 4. Sept.
Rosæ Limanæ à S. Maria Virg. dup. 30. Aug.
Rosarii B.V.M. dup. mai. Dominica I. Octob.
Rudesindi Ep. et C. dup. i. Mart.
Ruffinæ ℘ Mm. sem. 10. Iulii.
Ruperti Ep. et C. 27. Mart.
Rustici ℘ Mm. sem. 9. Oct.

S.

Sabbæ Abbat. simp. 5. Dec.
Sabinæ m. simp. 29. Aug.
Saturnini m. simp. 29. Nov.
Scapularis B.M.V. dup. mai. 16. Iulii.
Scholasticæ Virg. dup. 2. class. cum Octava. 10. Febru.
Sebastiani, et Fabiani Mm. dup. 20. Ianu.
Secundæ ℘ Mm. sem. 10. Iulii.
Sennen et Abdon Mm. simp. 30. Iulii.
Septem dolorum B.M.V. dup. mai. feriâ 6. post Dom. Passion. C.A.
Septem fratrum Mm. sem. 10. Iulii.
Sergii ℘ Mm. simp. 7. Octob.
Silverii P. et m. simp. 20. Iunii.
Silvestri Abbat. dup. 26. Nov.
Silvestri P. et C. dup. 31. Dec.
Simeonis Ep. et m. simp. 18. Febru.
Simonis et Iudæ Apost: dup. 2. Class. 28. Octob. C.R.

Simplicii ꝓ Mm. simp. 29. Iulii.
Smaragdi ꝓ mm. sem. 8. Aug.
Sosii, Ianuarii ꝓ Mm. dup. 19. Sept.
Soteris et Caii PP. Mm. sem. 22. April.
Stanislai Ep. et m. dup. 7. Maii.
Stephani Abbat. et Soc, mm. dup. 9. Aug.
Stephani I. Papæ et m. Simp. 2. Aug.
Stephani Protomart. dup. 2. class. cum Oct. 26. Dec.
Eiusdem inventio. sem. 3. Aug. C.R.
Stephani Regis Hung. Conf. sem. 3. Sept.
Stigmata S. Franc: Conf. 26. Sept. C.A.
Suitberti Ep. et C. dup. 2. Mart.
Susannæ ꝓ Mm. simp. ii. Aug.
Symphoriani ꝓ Mm. simp. 22. Aug.
Symphorosæ ꝓ Mm. simp. 18. Iulii.

T.

Telesphori P. et m. simp. 5. Ianu.
Theclæ Virg. et m. simp. 23. Sept.
Theclæ Virg. simp. 15. Octob.
Theodori Ep. et C. simp. 19. Sept.
Theodori m. simp. 9. Nov.
Theoduli ꝓ Mm. simp. 3. Maii.
Theopistæ, Eustachii ꝓ mm. dup. 20. Sept.
Theopisti, Eustachii ꝓ Mm. dup. 20. Sept.
Theresiæ Virg. dup. 15. Octob.
5 Tiburtii ꝓ mm. simp. 14. April.
6 Tiburtii ꝓ Mm. simp. ii. Aug.
7 Timothei Ep. et m. sem. 24. Ianu.
8 Timothei ꝓ Mm. simp. 22. Aug.
i Thomæ Apost. dup. 2. class. 21. Dec. C.R.
2 Thomæ Aquinat. Conf. et Eccl. Doct. dup. 7. Mart.
3 Thomæ Cantuar. Ep. et m. sem. 29. Dec.

Thomæ de Villa nova Ep. et C. sem. 18. Sept.
Transfiguratio Domini. dup. mai. 6. Aug. C.A.
Tryphonis p Mm. Simp. 10. Nov.
Turibii Ep. et C. dup. 16. April.

U.

Ubaldi Ep. et C. sem. 17. Maii.
Urbani P. et m. Simp. 25. Maii.
Ursulæ et soc. Virg. et Mm. dup. 21. Octob.

V.

Valentini Presbyt. et m. simp. 14. febru.
Valeriani p Mm. simp. 14. April.
Venantii m. sem. 18. Maii.
Veremundi Abbat. dup. 8. Mart.
Victorini, Placidi, et soc: Mm. dup. 2. class. 5. Octob.
Victoris p Mm. Sem. 28. Iulii.
Vincentii Abbat. et m. dup. 11. Mart.
Vincentii et Anastasii Mm. Sem. 22. Ianu.
Vincentii ferrerii Conf. dup. 5. April.
Vincula Petri dup. mai. 1. Aug. C.A.
Visitatio B.M.V. dup. mai. 2. Iulii.
Vitalis et Agricolæ Mm. simp. 4. Nov.
Vitalis m. simp. 28. April.
Viti p Mm. dup. 15. Junii.

Vincentii à Paulo C. sem. fixum 24. julii alias 21. huig.

W.

Walburgis Virg. dup. 25. Febru.
Wenceslai m. Sem. 28. Sept.
Willebaldi Ep. et C. dup. 7. Iulii.
Wolfgangi Ep. et C. Einsidlæ dup. 2. class. Alibi dup. 31. Oct.

X.

Xysti P. p Mm. simp. 6. Augusti.

Z.

Zephyrini P. et m. Simp. 26. Augusti.

In primo Nocturno dicitur primum Responsorium ut sequitur.

℟. Aspiciens à longè, ecce video Dei potentiam venientem, et nebulam totam terram tegentem: * Ite obviam ei, et dicite: * Nuntia nobis, si tu es ipse: * Qui regnaturus es in populo Israël. ℣. Quique terrigenæ, et filii hominum, simul in unum dives et pauper. Ite obviam ei, et dicite, * Nuntia nobis, si tu es ipse: * Qui regnaturus es in populo Israël. ℣. Qui regis Israël, intende, qui deducis velut ovem Ioseph. * Nuntia nobis, si tu es ipse. ℣. Tollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ * Qui regnaturus es in populo Israël. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Deinde repetitur: ℟. Aspiciens à longe ℘ usque ad ℣. Quique terrigenæ.

Die 8. Februarii

In Festo S. Ioannis de Matha. Oratio.

Deus qui per sanctum Ioannem Confessorem Ordinem ℘ reliqua ut in Veteri Breviario.

Die 11 Januarii

In Vesperis fit com. S. Benedicti Abb: Anglici. Oratio.
Deus, cuius virtute beatus Benedictus Confessor contra mundi illecebras viriliter decertavit in terris; concede propitius; ut eius exempla sectantes, cum ipso coronari mereamur in cœlis. Per Dominum.

Die 12. Janu: de Eodem fit com: in Laud. et Missa.

De com. [illegible] romul. S. aug. in Livany
Ego sum vobis vera alleluia. sual. ibm in fine Cant. ℣. omnes palmite
Ex Evang. dalen. sumendu. usq. ad finem. alleluia.

In com. Virg. et Salem. Ry. fili et exsurge

In Medical. Exalta R. br. Laqueus in ultog. V

In off. mercl. S. Ren. et sh Renat. ℣. aug. fessus
Ps. in Hymnal. S. Renat. Exorcizo. pro chembria. redemit. pro eremi.
In off. sab. mercli. ante d. magnif. et Ren. ad W. et ora. pro
nu. vocat. in Cel. unde. Deus. u. Kal. Elias. misericors. prid. ℣. et
hymno.

In Lyl. ℣. o...

Infra hebd. I Adventj

fer. v. post Lectionem huj feriæ Rb. fit fundi transpo-
nendo tuller 2 fiat: ex die 24. Dicet enj ultimum
Rb. i. assistentium 2. Missæ est 3. sufficio verbum

Infra Hebd II Adventj

fer. 4. post Lect. III. hujs feriæ Dñi. Rx. seq.

Rx. III. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo
David germen justum: et regnabit Rex, et sapiens erit
et faciet judicium et justitiam in terra *
Et hoc est nomen, quod vocabunt eum * Dominus justi
nostri. V. In diebus ejus salvabitur Juda, et Israel
habitabit confidenter. Et hoc est nomen Gloriæ
Domini justi nri.

Die 25. Maii.

S. Gregorii VII. P.C. dupl.

Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo, qui beatum Gregorium Confessorem tuum atque Pontificem pro tuenda Ecclesiæ libertate virtute constantiæ roborasti: da nobis eius exemplo, et intercessione; omnia adversantia fortiter superare. Per Dominum. Lect. 1. N. fidelissimo.

In II. Noct. Lectio V.

Gregorius Papa septimus antea Hildebrandus Soanæ in Etruria natus, doctrina, sanctitate, omnique virtutum genere apprimè nobilis, mirificè universam Dei illustravit Ecclesiam. Cùm parvulus ad fabri ligna edolantis pedes adhuc litterarum inscius luderet, ex reiectis tamen segmentis illa Davidici elementa Oraculi: Dominabitur à mari usq; ad mare, casu formasse narratur, manum pueri ductante Numine, quo significaretur, eius fore amplissimam in mundo auctoritatem. Romæ deinde profectus, sub protectione Sancti Petri educatus est. Iuvenis

Ecclesiæ libertatem à laicis pressam, ac depravatos Ecclesiasticorum mores vehementiùs dolens, in Cluniacensi Monasterio, ubi sub Regula S. Patris Benedicti austerioris vitæ observantia eo tempore maximè vigebat, Monachi habitum induens tanto pietatis ardore Divinæ Maiestati deserviebat, ut à cunctis eiusdem Cœnobii Patribus Prior sit electus.

℟. Inveni David servũ meum, oleo sancto meo unxi eũ: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. * Manus.

Lectio VI.

Sed Divinâ Providentiâ maiora de eo disponente in salutẽ plurimorũ, Cluniaco eductus Hildebrandus, ac postmodũ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatus, sub sumis Pontificibꝫ Leone nono, Mcolaose ~~cundo~~ Victore secundo, Stephano nono, Nicolao secundo, et Alexandro secundo præcipuis muneribus, et legationibus perfunctus est, sanctissimi, et purissimi consilii Vir à beato Petro Damiani nuncupatꝫ. à Victore Papa secundo legatus à latere in Galliam missus, Lugduni Episcopum Simoniaca labe infectum ad sui criminis confessionem miraculo adegit. Berengarium in Concilio Turonensi ad iteratam hæresis abiurationem compulit. Cadolai quoq; Schisma suâ virtute compressit.

℟. Posui adiutorium super potentẽ, et exaltavi electum de plebe mea; * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Manus.

Lectio VII.

Mortuo Alexandro secundo, invitus et mœrens unanimi omniũ consensu, decimo Kalendas Maii, Anno Christi Millesimo Septuagesimo tertio, summus Pontifex electus, sicut sol effulsit in domo Dei; nam potens opere et sermone Ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ, fidei propagandæ, libertati Ecclesiæ restituendæ, extirpandis erroribus, et corruptelis tanto studio incubuit, ut ex Apostolorum ætate nullus Pontifex fuisse tradatur, qui maiores pro Ecclesia Dei labores, molestiasque pertulerit, aut qui pro eius libertate acriùs pugnaverit. Aliquot Provincias à Simoniaca labe expurgavit.

Contra Henrici Imperatoris impios conatus, fortis per omnia Athleta impavidus permansit, seque pro muro domui Israël ponere non timuit, ac eundem Henricum in profundum malorum prolapsum fidelium cōmunione, regnóque privavit, atque subditos populos fide ei datâ liberavit.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina eius repleta est. * Ipse intercedat pro peccatis omniū populorum. ℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. * Ipse.

Lectio VIII.

Dum Missarum solemnia perageret, visa est viris piis Columba è cœlo delapsa humero eius dextro insidens alis extensis caput eius velare, quo significatum est, Spiritûs Sancti afflatu, non humanæ prudentiæ rationibus ipsum duci in Ecclesiæ regimine. Cùm ab iniqui Henrici exercitu Romæ gravi obsidione premeretur, excitatum ab hostibus incendium signo Crucis extinxit. De eius manu tandem à Roberto Guiscardo Duce Northmanno ereptus Casinum se contulit; atque inde Salernum ad dedicandam Ecclesiam sancti Mathæi Apostoli contendit. Cùm aliquando in ea Civitate sermonem habuisset ad populum, ærumnis confectus in morbum incidit, quo se interiturum præscivit. Postrema morientis Gregorii verba fuere: Dilexi iustitiam, et odivi iniquitatem, propterea morior in exilio. Innumerabilia sunt, quæ vel fortiter sustinuit, vel multis coactis in Urbe Synodis sapienter constituit: Vir verè sanctus, criminū vindex, et acerrimus Ecclesiæ defensor. Exactis itaque in Pontificatu annis duodecim migravit in Cœlum anno salutis millesimo octogesimo quinto, pluribus in vita, et post mortem miraculis clarus; eiusque sacrum corpus in Cathedrali Basilica Salernitana est honorificè conditum.

℟. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam Sanctorum: * honestavit

illum in laboribus suis. ℣. Custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum. *Honestavit. Gloria. *Honestavit.

In III. Nocturno

Homilia in Evang: Vigilate s. Missa Statuit, cum Orat: propria, et Evangelio Vigilate ex missa Sacerdotes.

Die 24. Julii = c. sem.

Vincentii à Paulo fixum hac die aliàs 23. huius. In hymno Meruit.

Oratio

Deus qui ad evangelizandum pauperibus, et Ecclesiastici Ordinis decorem promovendum, beatum Vincentium Apostolica virtute roborasti: præsta quæsumus; ut, cuius pia merita veneramur, virtutum quoque instruamur exemplis. Per Dnum.

In II. Noct. Lect. V.

Vincentius à Paulo natione Gallo Pódii non procul ab Aquis Tarbellis in Aquitania natus, iam tum à puero eximiam in pauperes charitatem præsetulit. A custodia paterni gregis ad literas evocatus, humanas Aquis; divinas cùm Tolosæ, tum Cæsaraugustæ didicit. Sacerdotio initiatus, ac Theologiæ laureâ insignitus, in Turcas incidit, qui captivum in Africam abduxerunt; sed in captivitate positus herum ipsum Christo rursus lucrifecit. Cum eo igitur ex barbaris oris, opitulante Deipara sese proripiens, ad Apostolica limina iter instituit; unde in Galliam reversus Clippiaci primùm, mox Castellionis Paræcias sanctissimè rexit. Renunciatus à Rege primarius Sacrorum minister in Galliæ triremibus, mirum, quo zelo, et Ducum, et remigum saluti operam posuerit. Monialibus Visitationis à Sancto Francisco Salesio Præpositus, tantâ prudentiâ per annos circiter quadraginta eam curam sustinuit, ut maximè comprobaverit iudicium sanctissimi Præsulis, qui Sacerdotem Vincentio digniorem nullum se nosse fatebatur.

℟. Honestum fecit p. pag. 22.

Lectio VI.

Evangelizandis pauperibus, præsertim ruricolis, ad decrepidam usque ætatem indefesus incubuit, eique Apostolico operi tum se, tum Alumnos Congregationis, quam sub nomine Presbyterorũ Secularium Missionis instituit, perpetuo voto à sancta Sede confirmato, speciatim obstrinxit. Quantùm autem augendæ Cleri disciplinæ allaboraverit, testantur erecta maiorum Clericorum seminaria: collationum

de divinis inter Sacerdotes frequentia: et sacræ Ordinationi præmittenda exercitia; ad quæ, sicut et ad pios Laicorum secessus, Instituti sui domicilia libenter patere voluit. Insuper ad amplificandam fidem, et pietatem, Evangelicos misit Operarios, non in solas Galliæ provincias; sed et in Italiam, Poloniam, Scotiam, Hyberniam, atq; ad Barbaros, et Indos. Ipse verò, vitâ functo Ludovico decimo tertio, cui morienti hortator adstitit, à Regina Anna Austriaca Matre Ludovici Decimi quarti in Sanctius concilium accitus studiosissimè egit, ut non nisi digniores Ecclesiis, ac Monasteriis præficerentur: Civiles discordiæ, singularia certamina, serpentes errores, quos simul sensit, et exhorruit, amputarentur: debitaque iudiciis Apostolicis obedientia præstaretur ab omnibus.

℟. Amavit eum.

Lectio VII.

Nullum fuit calamitatis genus, cui paternè non occurrit. Fideles sub Turcarum iugo gementes, infantes expositos, iuvenes discolos, Virgines periclitantes, Moniales dispersas, mulieres lapsas, ad triremes damnatos, peregrinos infirmos, artifices invalidos, ipsósque mente captos, ac innumeros mendicos subsidiis, et hospitiis, etiamnum superstitibus excepit, ac piè fovit. Lotharingiam, Campaniam, Picardíam, aliasq; Regiones pestè, fame, belloq; vastatas prolixè refecit. Plurima ad perquirendos, et sublevandos miseros Sodalitia fundavit; inter quæ celebris Matronarũ cœtus, et latè diffusa sub nomine charitatis Puellarum Societas; Puellas quoque tum de Cruce, tum de Providentia, ac sanctæ Genovefæ ad sequioris sexûs educationem erigendas curavit.

℟. Iste homo.

Lectio VIII.

Hæc inter, et alia gravissima negotia Deo iugiter intentus, cunctis affabilis, ac sibi semper constans, simplex, rectq; humilis: ab honoribus, divitiis, ac deliciis semper abhorruit, auditus dicere: Rem nullam sibi placere, præterquam in Christo IESU, quem in omnibq; studebat imitari. Corporis demum afflictatione, laoribq;, senioq; attritq;, die vigesima septima Septembris, anno salutis supra millesimum sexcentesimo sexagesimo, ætatis suæ octogesimo quinto, Parisiis in domo Sancti Lazari, quæ caput est Congregationis Missionis, placidè obdormivit: quem virtutibus, meritis, ac miraculis clarum Clemens XII. inter sanctos retulit, ipsiq; celebritati die decimâ nonâ mensis Iulii quotannis assignatâ.

℟. Deliderium animæ.

In III. Nocl. homil: in Evangel. Desig navit Dñus. ut in festo S. Ignatii 31. Julii.

9. I — XXXVI + 444 S. 20 × 16,5 cm.

restauriert Juli 1974, Hn.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

restauriert

Kr.

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset
BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST